Quæstio haec est quod ñ recte hermagoras deliberationē: & demōstrationē sub q̄litate posuerit. Ci. ergo ait ñ recte deliberationē & demōstrationē sub q̄litate positas quia genera cāz sunt. Quod si genera causaz eē hermagoras fuerit confessus sine dubio nō hæc debuit sub qualitate ponere Sin negauerit docebit. Ci. genera eē causaz. igit male hermagoras dmōstrationē & deliberationē sub qualitate collocauit. A primo per conditionalē quæstionē. i. hypothetica ingreditur propositionem. Vbicunq; enim si ē sub quadā cōditiōe ppositio ē. si inquit hoc ē illud nō ē. hoc āt ē igit illud nō ē: ita & hic si deliberatio inqt: & demōstratio genera sūt cāz nō possunt recte partes alicuius generis cāe putari. Genera āt causaz sūt. igitur generis cāe ptes eē nō pñt & docet genera eē causarum. primū igit ponamus genus cāe secū dū ptes generis cāe. i. cōiectura finē q̄litatē trāslatio nē. Tertiū sit illud qcqd q̄litati subiicit: ubi hermagoras deliberationem & demōstrationem cōstituit. Ergo Ci. primū dicit deliberationē & demōstrationē: qa prīa sūt: secū da esse ñ pñt. Quod si secū da nō sūt: multo magis tertia eē posse: qđ hermagoras cōstituisse cōspicit. itaq; meminisse debemus Ci. de duobus tractare. i. de prīo & secūdo. s. de genere cāe & p̄tibus generis. si īqt deliberatio: & demōstratio genera sūt cāz nō recte ptes generis cāe pñt putari. i. cōstitutiōes. Quod cū docet constitutōes eē nō posse: multo magis uidenť ptes cōstitutionis eē non posse. Eadē. n. res alii genus esse: alii ps p̄t eidē genus eē. & ps nō p̄t Aristoteles ait res oēs quæ in dictis & factis. & ī oī mūdo agūtur: decē eē q̄z rerū noia ponemus. Prīa substātia ē: Deinde quātitas: q̄litas ad aliquid: ubi qñ situs: hre facere pati. Græco aut ē uocabulo sic uocantur

Haz prima ut diximus substantia uocať. reliquæ nomē in substātia sūt quæ accidētes uocantur: utputa mēbrana substātia ē accidūt āt ei crocum scriptura & cætera. Cum interea & substātia res sit: & ea quæ accidūt res sint. nūc ad id quo de unum agit re uertamur. Eadem enim res alii genus esse: alii pars p̄t: hic rem substantiam illas ponamus quae dū sola ē patet oīb⁹ accidētibus. Sed cum ab uno accidenti fuerit occupata. Iam in se accidēs: aliud nō admittit. Vtputa lana alba res est: sed substantia. Hæc res patet multis accidentibus. Potest enim lana illa: aut rosea fieri: aut ueneta: aut nigra. Sed si colorem unū in se susceperit: iā ī se colorē aliū nō admittit. Similiter & homo substātia ē: potest autem id quod homo ē nunc seruus eē: nunc dominus Sed postq̄ dixerit dominum in eo quod dominus est: esse & seruus non potest. Aut cum dixero seruum in eo quod seruus est: & dominus esse non potest. Ita ergo & hic deliberatio & demonstratio res est: sed illa substantia quæ quamdiu sola est patet accidentibus: id est generi causæ: & causæ partibus Ita quamdiu in incerto sūt genus alii: alii partes esse possunt. Cum uero generis nomen acceperint: in eo quod genus sunt: & partes esse non possunt: hoc est quod ait. Eidē genus: id est simile ac iudiciale esse & pars non potest. Ergo si genus generis pars esse non potest: multo minus partis generis partes putabuntur. Deliberatio autem & demonstratio genera sunt causarum: id quod primo dubie p̄posuit assumpsit sine dubitatione. Neque enim dicit si deliberatio: sed deliberatio autem & demonstratio genera sunt causarum: & id tripliciargumentatione conuicit scilicet demonstrationem & deliberationē genera esse causarum. Nam aut nullum & cætera genus causæ est. Nam aut nullum inquit causæ genus est. aut iudiciale solum: aut & iudiciale: & demonstratiuum: & deliberatiuū: id est aut nullū causæ genus: aut unū aut tria. Duo. n. p̄terea nō dixit: qm deliberatio & demōstratio: q̄q̄ inter se diuersa sunt: simul tñ aut ī generibus cāe ponūť: & fiūt tria genera causæ aut simul tolluntur & remanet unū. i. iudiciale solū: ergo tollit duo. i. nec unū eē nec nullū: ut id qđ rīliquū ē approbet.

Nullū inquit causæ genus esse non potest dicere, nā qui artes scribit multasq; dicit esse causas nullā non potest dicere. Tulit rem unam: deinde unum iudiciale solum esse non potest dicere: propterea qđ & deliberatio & demōstratio genera sūt causarū. Nam & inter se diuersa sūt: & ab iudiciali multū separata. Id porro qđ diuersū ē, cōcoio diuersū ē si inter se & rebus: & exitu distet. Atq; ut rōnes ex similibus colligamus: res est lectio exitus intellectus. Ergo hæc tria genera causarū re inter se distant. Aliud enim agitur in demonstratione: aliud in deliberatione: aliud in iudiciali. Rerum quoq; exitus dispar ē. Nam demonstrationis finis & honestas. Deliberationis utilitas iudicialis: æqtas quod si hæc tria inter se & re & exitu distant profecto genera causarum constitui debebūt Non ergo recte deliberatiōem: & demonstrationem qualitatis partes eē dixit. In his autē quæ hucusq; disputauimus: uideamus quinq; partiū syllogismum: ac primum quæstionem ād qua agitur cōstituamus. Hæc aūt ē quæstio: quod nō recte hermagoras deliberationē & demōstrationē sub qualitate posuerit. Si deliberatio & demōstratio genera sūt causarum: nō possunt recte partes alicuius generis cāe putari. Hoc primū ē. Eadē.n. res alii genus esse: alii ps pōt ei dē genus eē: & ps nō pōt. Hoc secūdum ē. Deliberatio aūt & demōstratio genera sunt causarū. Hoc tertium est. Nam ut nullū causæ genus ē: aut iudiciale solū: aut & iudiciale & deliberatiuum: & demonstratiuum. hoc quartum est: relinquitur ergo ut omnia tria genera sint causarum. Hæc conclusio est. Videamus ergo illum quem promisimus syllogismum quinq; partium. Si deliberatio & demonstratio genera sūt causarū nō possunt recte partes alicuius generis causæ putari. Hæc propositio est & quia necesse est exprimi cōfessione: secundum quoq; in confessionē uenire. Propositio nobis approbanda: atq; iungenda est: atq; ideo Cicero approbat propositionem. Eadem enim res inquit: alii genus esse: alii pars potest eadem genus esse: & pars non potest. Approbauit ergo propositionem. Rursus post approbatam propositionem illud quod quasi in propositione dubie proposuerat: assumit hoc modo. Deliberatio autem & demonstratio genera sunt causarum. Deinde approbat assumptionem ut supra diximus triplici argumētatione. Nam aut nullum causæ genus est: aut iudiciale solum: aut & iudiciale & deliberatiuum & demonstratiuum. Postremo tres adhibet conclusiones. Vbicunq; enim ergo uel igitur est cōclusio sit necesse est. Prima igitur conclusio approbationis de assumptione est. Quid enim erit in assumptionis approbatione. Nā aut nullum causæ genus ē: aut iudiciale solum: aut & iudiciale: & deliberatiuū: & demōstratiuum. Concludit ergo hæc tria genera esse causarum. Relinquitur ergo inquit ut omnia tria genera sint causarum. Secunda conclusio propositionis est siue argumentationis eius. Quid enim argumentatur in propositione. Si deliberatio: & demonstratio genera sunt causarum: non possunt recte partes alicuius generis causæ putari. Concludit hoc ipsum. Deliberatio igitur: & demonstratio non possunt recte partes alicuius generis causæ putari. Tertia autem conclusio quæstionis est. Quæ enim quæstio est qđ hermagoras deliberationem & demonstrationem non recte sub qualitate constituit. Concludit itaque quæstionem. Male igitur eas generalis constitutionis partes esse dixit. Verum cū in primo syllogismo de duabus rebus tractauerit: de primo: & secundo: id est de genere & partibus generis. Cur hic in tertia conclusione partis partium mentionem fecit. Quod scilicet tertium est Hoc primum sic excusatur quod hæc conclusio præter syllogismum sit. Est enim quæstionis quæ extra syllogismum est: sed ex ea syllogismus. Deinde quod per hanc extremam conclusionem sensim descendit ad alium syllogismum: ubi hæc tractat: deliberationem & demonstrationem. Cum partes generis esse nō possunt: multo magis partium partes esse non possunt. Sed primum q̄ de eodem syllogismo tractemus ea quæ in eo obscura sunt explicemus. Quod si generis causæ partes non possunt recte putari. Disputasti quidem supra o Cicero: deliberationem & demonstrationem: quia genera sint: partes generis esse non posse: non tamen ostendisti utrum constitutio pars generis sit: an ipsum genus. Incertum est enim utrum deliberatio sub qualitate sit: an qualitas sub deliberatione. Doceas itaq; oportet utrum pars an genus sit constitutio. Hæc ergo incidens quæstio est: utrū cōstitutio pars: an genus sit. Iam supra ostendit deliberationem & demonstrationem genera esse causarum: quod & inter se distent: & ab iudiciali plurimum dissideant: & suum quæq; finē habēt quo referri debeāt. Nunc ei docendum ē: utrū cōstitutiones causarū partes sint: & sic argumentat ꝓpposito themate qđ primū inuenias genus: an constitutionem. Vtique primum necesse est agnoscas: utrum deliberatiua an demonstratiua controuersia sit. Tunc deinde quæ sit constitutio. Ergo pars causæ ē cōstitutio omnis.

Nullum dicere causæ esse genus cum causas esse multas dicat: et in eis præcepta det: amentia est. Vnum iudiciale autem solum esse qui potest: cum deliberatio et demonstratio: neq; ipse inter se similes sint: et a iudiciali quoque genere plurimum dissideant: et suum quæque finem habeat quo referri debeant. Relinquitur ergo ut omnia tria genera causarum sint. Deliberatio igitur demonstratio non possunt recte partes alicuius generis causæ putari. Male igitur eas generalis constitutionis partis eē dixit. Quod si generis causæ partes non possunt recte putari: multo minus recte ptis causæ ptis putabūtur. Pars āt causæ constitutio ē omnis.

Non enim causa ad cõstitutionem: sed constitutio ad cãm accommodat'. Prius.n. cã cognoscat' necesse é: deinde cõstitutio. Plus ãt cãm ee q̃ cõstitutionẽ, sic ét possumus cognoscere q̃ in singulis causæ generibus constitutiones uariantur. Cã autem oium costitutionum capax ẽ. Verum cum causa: & cõstitutio iuncta sibi esse uideantur: cã tñ unum alteri prius sit. Oẽ.n. quod loquimur: siue quod mente cõcipiamus: aut simplex é: aut cõiunctũ. Simplex é quod ad aliud nõ attendit: ut tabula: saxũ & reliqua huiusmodi. Cõiunctum uero: ut de duobus unũ prius habeat quatuor modis fit: aut tempore aut loco: aut ordine: aut cã. Aetas cũ in homine sit tempore í ordinem secernitur: si dicas inuentas utiq; consideratione ptis inuẽtas ante senectutẽ é. Deinde loco iũcta domus secernũtur. Cũ.n. dicis attritũ: iã primũ itelligis: quia cõsideras: interiorẽ locũ ee: ubi triclinium. Ordine uero sic quum í eo dẽ loco multi sedeamus p ordine sedẽtiũ nobis ãte referamus. Cã aũt sic de his quæ iuncta sũt unum prius efficit': ut puta pr' & filius iũcta sibi sũt. Neq; n. ãte pr': q̃ filius nascatur: aut ãte filius q̃ illi sit pater. Sed quia filio ad nascẽdũ pr' cã é: iccirco ex causa pater filio præfert'. Ita hic í themate cã & cõstitutio coniũcta sũt: sed ut prior cã sit cã efficitur. Vt cõstitutio.n. nascat' cã præcedit. Quod ipse ait: nõ.n. cã ad cõstitutionem: sed constitutio ad cãm accõmodatur. Hic quoq; aduersarius syllogismũ quadripartitũ. Prima é cõi ppositio cũ adiũcto. Quod si generis causæ partes nõ possunt recte putari: multo minus recte partis causæ partes putabunt'. Huic propositioni approbationem fuit subiicienda. Manifestum est enim si partes cãe non sint multo minus partis causæ partes putari. Ergo incidit quæstio: utrum constitutio pars sit: & ut supra docuimus ꝓbat partes. Sed hæc incidens quæstio non pertinet ad syllogismum. Verum quia necessaria fuit interiecta ẽ. Deinde assumit illud qd' ꝓposuerat. Sed deliberatio & demonstratio generis cãe partes nõ possũt recte putari. Et approbat assumptionem qd' ipsa sunt genera iqt. Postremo concludit ꝓpositionis secũdã partem. Quid é.n. in secũda parte propositiõis. Multo minus recte ptis cãe partes putabuntur. Cõcludit hoc ipsũ. Multo igit' minus recte partis eius qd' hic dicit partes putabũtur. Primæ.n. parti ꝓpositionis p incidẽtẽ quæstionẽ satisfecit. Quod é.n. in prima pte ꝓpositionis. Quod si generis cãe ptes nõ possũt recte putari. Itaq; ostẽdit generis cãe partem constitutionem. Quadripartitus ergo ẽ syllogismus. Est enim propositio: assumptio: approbatio assumptionis conclusio. Quæstio uero incidens ad syllogismum minime pertinet.

Deinde si cõstitutio & ipsa & pars constitutionis eius quæ libet intẽtionis depulsio é quæ itẽtiõis depulsio nõ é ea: nec cõstitutio nec ps cõstitutiõis é. Oĩs ps tũc plene pars ẽ si generis & nomẽ & definitionẽ recipiat: ut puta aĩal gẽus ẽ. iã ex aĩali hõ: equus: auis. Deide ex aui coruus cornix aqla. Itaq; hæc oĩa generis sui & nomẽ: & definitionẽ recipe debebũt generis uero nomẽ qd' é aĩal. Ergo & hõ: & equus: & auis: & coruus: & cornix: & aquila aĩalia dicũt'. Deide generis definitio quæ ẽ. i. aĩalis. Aĩal é corpus aĩatũ: itaq; & hõ: & equus: & auis & coruus & cornix & aqla corpus aĩatũ ẽ. Vex definitio a genere trãsit in spẽs. Specierũ uero definitio í genus transire non potest. Non enim cũ hoiem definio hõ é corpus aĩatũ bipes. Iam cũ dico bipes ad generis definitionẽ ñ ptinet. Est.n. aĩal & q̃drupes. Itaq; nũc accepta similitudine ad argumẽtationẽ Ci. redeamus: & primo quæstionẽ quæ in cõtẽtiõe uersatur attendamus. Illa ãt ut supra diximus quæstio a qd' d̃ deliberatio & demõstratio nõ recte sub qualitate sint positæ. Supra id iã duabus argumẽtatiõibus uicit. Quarum prima illa fuit deliberationem & demonstrationem si genera sint causarum ptes generis ee nõ posse. Et ꝓbauit genera eé cãe. secũda uero argumẽtatio talis fuit qd' é si generis partes ee nõ possũt multo magis ptes ptiũ ee nõ posse. Nũc tertiã affert argumẽtatiõnẽ. Si inqt cõstitutio & ipsa eius quæ libet intentiõis depulsio ẽ: quæ intẽtionis depulsio nõ é ea nec cõstitutio nec pars cõstitutiõis é: ut supra diximus. Oĩs ps generis sui & nomẽ & definitionẽ debet recipe genus. Hic aũt cõstitutio est. Sub cõstitutiõe: q̃tuor cõstitutiões. Sub qualitate demõstratio: deliberatio: iuridicialis: negocialis. Itaq; uideamus an deliberatio: & demonstratio generis nomẽ & definitionẽ recipiãt. Generis nomen é cõstitutio qd' nomen tollit Ci. demonstrationi & deliberationi: sed ne dicat hermagoras cõstitutiões dici posse ostendit definitionem generis cadere nõ posse in deliberationẽ & demõstrationẽ. Quod si definitio non cadit nomen quoq; cadere nõ debebit. Cõstitutiõem ãt sic definimus. Cõstitutio est intentionis depulsio. Quam. s. definitionem in deliberatione: uel demonstratione uidemus esse nõ posse. qd si deliberatio & demõstratio neq; nomen cõstitutionis: neq; definitionem recipiũt nec constitutiones sunt: nec partes constitutionis. Ipsi autem placet constitutionem intentionis depulsionem esse & concedit ei alias definitiones. Rursus inquit si finem per se ipsum consideremus nihil aliud q̃ finem inspiciemus: nec í eo qd' finis est possumus trãslatiõem itelligere: ita ergo cõstitutiões singulæ hñt ꝓpriũ suũ í quo positæ genere cõmixtionem constitutionis alterius non admittunt. Si ergo

Non enim causa ad cõstitutionem: sed constitutio ad causam accõmodatur: sed demõstratio et deliberatio generis causæ non possunt recte putari quod ipsa sũt genera. Multo igitur minus recte ptis eius quam hic dicit partes putabuntur.

Deide si cõstitutio et ipsa et ps cõstitutiõis eius quæ libet itẽtiõis depulsio ẽ: quæ itẽtiõis depulsio cõstitutio: nec ps cõstitutiõis est. At si quæ itẽtiõis depulsio non est: ea nec constitutio nec pars constitutionis est.

constitutiones singulæ per semetipsas consideratæ habent propriũ suũ: cõmixtionem alterius nõ admittũt. Siue inquit cõstitutionem primam causæ accusatoris confirmationẽ dicat: siue defensoris primam deprecationem necesse est deliberationẽ & demonstrationẽ neq; cõstitutionẽ ee: nec partem constitutionis. Hoc loco animaduertere debemus genus syllogismi: quod obscuritate sui & artificio colligatum syllogismis fere omnibus antecellit. Sic itaq; iste colligit syllogismus a primo ad secũdũ a secundo ad tertium: a primo ad tertiũ. Primũ enim & tertium simile eẽ mediũ facit quod utrique coniungitur. Sed ut melius possit artificiũ Cicerõis itelligi prius quæ libet simili tudo faciẽda ẽ ponamus itaq; hæc tria Victorinus docet unũ sic itelligis, aliud sic spẽ habes: tertium sic: itaq; faciamus syllogismum a primo ad secundũ. Si Victorinus docet itelligis. Nũc a secũdo ad tertiũ si itelligis spẽ habes. Deide a primo ad tertiũ. ergo si uictorius docet spẽ habes. Primũ. n. & tertiũ qd põt ueri simile nõ uideri medio illo q̃si quadã approbatione cõiungit. Hoc ergo & in Cicerõe uideamus. Primũ hoc ẽ si constitutio: & ipa & pars eius quælibet itetiõis depulsio ẽ. Secũdũ illud est. Quæ itentiõis depulsio nõ é ea nec cõstitutio nec pars cõstitutionis é. Tertiũ hoc sit deliberatio & demonstratio neq; constitutio nec pars cõstitutõis é. Nũc uideamus syllogismũ a primo ad secũdũ. Si cõstitutio iqt & ipa & ps eius quælibet itentõis depulsio: quæ intẽtionis depulsio ñ é: ea nec cõstitutio nec ps constitutionis é. Deide a secũdo ad tertiũ. At si qua intentionis depulsio nõ est ea: nec cõstitio nec ps constitutionis est Deliberatio & demonstratio: neque cõstitutio: nec ps cõstitutiõis ẽ. Nunc a primo ad tertium. Si igitur constitutio: & ipsa & pars eius quælibet intentionis depulsio est: deliberatio & demonstratio: neque constitutio: neque pars constitutionis est. Ergo a primo ad tertium conclusio est syllogismi. Denique Cicero. Si igitur inquit constitutio. Vbicunque enim ergo: uel igitur ponitur conclusio est argumenti. Deinde coniecturalis causa: non potest simul. Aliud incipit argumentũ: id est quartum syllogismum quo ostendit non recte sub qualitate deliberationem & demonstrationem positas: Quem syllogismum prius quam ostendamus ea quæ in re sunt ante uideamus

Demonstratio: et deliberatio: neq; cõstitutio: nec pars constitutionis est. Si igitur costitutio et ipsa: et pars eius quælibet intentionis depulsio est: deliberatio et demonstratio: neq; costitutio neque pars constitutionis est. Placet autem ipsi intentionis esse depulsionem. Placeat igitur oportet nõ ee cõstitutionẽ nec partem cõstitutionis. Atq; hoc eodem urgebitur siue cõstituti onem primam causæ accusatoris confirmationem di xerit: siue defensionis primam deprecationem. Nam cum eadem omnia incommoda sequentur: deide con iecturalis causa non potest simul ex eadem parte eodẽ in genere et coiecturalis eẽ et difinitiua. Rursus nec diffinitiua causa potest simul ex eadem parte eodẽ i ge nere diffinitiua esse et translatiua. Et omnino nul la costitutio: nec pars constitutionis potest simul et suã habere: et altertus i se uim cotinere. Ideoque una quæque ex se et ex sua natura simpliciter consideratur Altera assumpta numerus constitutionũ duplicatur nõ ius cõstitutiõis augetur. Ad deliberatiua cã simul

Deinde inquit coniecturalis causa si inquit coniecturam per id quod ẽ attendamus: nihil aliud in uenimus quam coniecturam solam: nec in eo quod coniectura est possumus intelligere. Rursus in quit si finem per se ipsum consideremus. Nihil aliud quam finem inspiciemus nec in eo quod finis est possumus translationem intelligere. Si ergo constitutiones singulæ per semetipsas consideratæ habent proprium suum: in quo posita genere commixtionem constitutionis alterius nõ admittũt: Male igitur hermagora deliberationem & demonstrationem partes constitutionis: id est qualtatis esse uoluisti: cum deliberatio: siue demonstratio per se consideratæ non solæ intelligi sed omnes in se constitutiones continere possint. Simul ex eadẽ parte eodem in genere: & supra legimus. Pars autem causæ ẽ cõstitutio oís. Genus aũt ẽ constitutionis id qd ualet: qd se explet. id denique: quo una quæq; cõstitutio ab aliis constitutionibus segregatur. Pars autem cõis potest esse cum multis. Et omnino nulla constitutio. Nec pars cõstitutionis & cætera. Quoniam deliberatione: & demonstratiõe quæstio ẽ: quæ deliberatio & demõstratio parte constitutionis ab hermagora ponuntur recte cum de solis constitutionibus loqueretur: partes etiam tetigit: & omnino inquit: nulla cõstitutio: nec ps constitutionis põt simul & suã habere: & alterius i se uim continere. Altera assumpta numerus consti tutionis duplicatur: non uis constitutionis auget. Sapienter dixit. Multæ. n. constitutiones in causa esse possunt. Sed si plures sint ad numerũ constitutionum nõ ad augendã uim alterius cõstitutionis accedũt. At deliberatiua causa simul ex eadẽ pte eodẽ in genere & coniecturalẽ & generalẽ: & defini tiuã & translatiuã solet hre cõstitutionẽ: & unã aliquã & plures nõnũq; Cũ inquit cõstet unãquãque cõstitutionẽ altera i se ñ admittere deliberatiua ex eadẽ pte eodẽ i genere oẽs solet recipe cõstõnes. Er go ipsa nec constõ: nec ps constõnis est simul ex eadẽ pte. Deliberatio. n. pars causæ ẽ. Videamus nũc quadripartitum syllogismũ proponit sic. Primo specialiter: deinde generaliter. Specialiter si

Deinde coniecturalis causa non potest simul ex eadem parte eodem in genere & coniecturalis eē & definitiua. Specialiter enim & coniectura proposuit: rursus nec definitiua causa potest simul ex eadē parte eodem in genere & definitiua esse: & translatiua: & hic specialiter de fine proposuit: nūc proponit generaliter de omnibus constitutionibus: & earum partibus: & omnino iquit nulla cōstitutio nec pars constitutionis potest simul & suam habere: & alterius se ui continere. Hucusque proposuit. Deinde approbat propositionem. ideo inq; quod una quæque ex se & ex sua natura simpliciter considerat altera assūpta numerus cōstitutionū duplicatur: non uis cōstitutionis augetur. Post approbationē propositionis assumit quod sibi necessarium est. At deliberatiua inquit causa simul ex eadē pte eodē i genere & cōiecturalem & generalem & definitiuā translatiuā continet constitutionem. & unam aliquam & plures non nunquam. Quod quoniam manifestum est & apertum omnibus non fuit necesse approbare assumptionem sequitur ergo conclusio quæ duplex est. Prima ad id quod adsūptum ē At deliberatiua causa simul ex eadē pte eodem in genere est. Ergo ipa nec costitutio nec pars cōstitutionis est. Secunda ad utrunque quo de agitur. Pariter enim de deliberatiōe & demonstratione tractetur. genera inquit igitur ut ante diximus hæc causarum putāda sunt: non partes alicuius costitutionis. Hæc ergo constitutio quam generalem uocamus ptes uidetur nobis duas habere. Ergo ipa neque constitutio est neque pars constitutionis. Idem in demonstratione soleat usu uenire.

ex eadem parte eodem in genere et coniecturalem: et generalem: diffinitiuā: et trāslatiuam solet habere cō stitutionem: eē unam aliquando et plures nōnunquā ergo ipsa nec constitutio est: nec pars cōstitutiōis. Idē in demonstratione solet usu euenire. Genera ergo ut ante diximus hæc causarū putāda sunt: neque partes alicuius constitutionis. Hæc igitur constitutio quam generalem nominamus partes nobis uidetur duas habere iuridicialem: et negocialem. Iuridicialis est: ī qua æqui et recti natura aut præmii: aut ratio pœne quæritur. Negocialis ē ī qua quid iuris ex ciuili more et æquitate sit consideratur: cui diligentiæ præesse apud nos iurisconsulti existimantur. Ac iuridicialis quidem ipsa ī duas distribuitur partes: absolutam: et assumptiuam. Absoluta est quæ ipsa in se continet iuris et iniuriæ quæstionem. Assumptiua est quæ ipsa ex se nihil firmi dat ad recusationē: fortis ātaliqd defēsiōis assūit

Postquam docuit deliberationem & demonstrationem non partes qualitatis: sed genera esse causarum: ad ipsius qualitatis descendit disputationem. Ac primo hanc in duas diuidit partes: in iuridicialem & negocialem. Quarum partium hoc compendium tenere debemus. Quod iuridicialis semper de præterito est: & negocialis semper de futuro Quæ tpa ī ipsaq; partiū definitione uidetur Cicero non declarasse: ait enim. Iuridicialis est: in qua æqui & recti natura aut præmii: aut pœnæ ratio quæritur. Negocialis in qua quid iuris ex ciuili more & æquitate sit consideratur. Cui diligentiæ præesse apud nos iurisconsulti existimantur. Hic omnino tempus quasi præteritum non demonstrat nisi q; magis futurum tempus uidetur concludere cum aut præmii: aut pœnæ ratio quæritur. Quo loco primo ostēdendum est & pœnam & præmium de præterito esse posse. Nam & post supplicium de aliquo iniuste sumptū possunt nōnulli ī iudicium uocari: & q; nō recte præmio aliquem donauerit pōt in iudiciū uocari. Vt uerres qui suppliciū sumpsit de ciuibus Romanis & anulo aureo scribā in cōtione donauit. Ergo præmii & pœnæ rō pōt de pterito esse. Sed occurrit illud: pōt tn præmii & pœnæ rō & de futuro eē: iōq; in iuridiciali qualitate tempus præteritum nō recte definiuit. Cū iā huic loco sic rndet q; dixerit rō. Rō. n. sēp de pterito est facto. definitio aūt cū quærit rōcinatio dicit: & ē ibi tn meriti rō: qd meritū pteritū ē. Atq; ita ratio nūq nisi de pterito ē. Cū. n. dicis petit pmiū: necesse ē afferat meritū: ita ī eo q; petit pmiū nulla rō ē. Sed cū ais eū mereri tū rō ē ex pterito ueniēs: ergo ait Ci. iuridicialis ē ī q æq & recti natura: aut pmii: aut pœnæ rō qrit. In eo q; ait: rō pteritū tps icludit. Iuridicialis a iur. æq. n. & recti rōn nisi iure cōstat: deinde negocialis ē iqt ī q qd iuris ex ciuili more & æqtate sit cōsiderat. negocialis qlitas talis ē: cū aliqd generati iure cautū ad spēm deuocāus: utputa uiro forti pmiū det: uir fortis petit inimici, mortē ī eo qd dicit uiro forti pmiū dat qd ē uiro forti pmiū sed ñ ēt designat illd forte qd petit. ergo ī negociali qlitate ex æqtate pcedētis iuris noua iura firmāt. i. ut liceat id qd ī cōtentiōe uersat: & iō de futuro est. Quod ēt iurispiti faciūt q se forte id d quo agit iur ñ cautū ē: piterptationē statuti iuris: id ēt qd in eod iure noiati ñ cōtiet affirmat hoc ē qd ait. Cui diligetiæ pesse apd nos iurisconsulti existimātur. Hoc quoq; tps futuꝝ demōstrat cū ait qd iuris sit cōsideret. Cōsideratio. n. de ī certo ē: & qa iuris cōsideratio ē de futuro ē. Ac iuridicialis qd ē ipa & ī duas distribuit ptes: absolutā & assūptiuā. Negocialis qlitas cōstat: nec aliqs ex se ptes fūdit. Iuridicialis uero ī duas ptes fūdit: ī absolutā qlitate & assūptiuā: deinde hic quoq; rez cōpēdiū tenere debemus: qd ī absoluta qualitate factū ipsū iustum asserimus. In assumptiua uero qualitate non factum iustum: sed cām facti iustā fuisse cōtendimus. Ita quæ in absoluta qualitate æqui & recti natura quæritur. In assumptiua uero pmii & pœnæ rō quærit

Quæ assumptiua quatuor locis diuiditur: Cõcessione remotione: criminis relatione criminis comparatione. Verum hic quatuor horum locorum Cicero ordinem conuertit. Nam a postremo quod hic posuit retrorsum uersus ordo est: & enim uim singularum defensionum considerare debemus. Primo hæc est innocentis hominis: ut dicat non feci. Deinde feci: sed non sic uocatur. Tertio feci: & sic uocatur: sed iure feci: deinde hoc ipsum iure feci. Aut licuisse sibi debebit ostendere quæ est qualitas absoluta: aut si non licuit debet sibi extrinsecus assumere aliquid quo hic probet quod iniuste factũ uidetur. Videamus nunc quæ sit de his quatuor assumptõibus fortior assũptio. Primo debet dicere feci sed profui & pbare plus se profuisse quam obfuisse quæ ẽ qualitas cõpensatiua quam ideo Cicero comparatiõem uocat quod comparetur id quod in crimẽ uocatur ad id quod se reus profuisse dicit quæ comparatio semper in eodem facto est: utputa q dã muros ciuitatis dissipauit: hostes fugerunt reus fit læsæ reipu. in eodẽ est comparatio. Nã quod muros deiecit uidetur læsisse rẽpu. & qa muros deiecit hostes fugerũt uidetur p fuisse rempu. Ergo hoc primũ dbet assumere. Feci sed profui. deide debet dicere feci quidẽ sed ut hoc facerem ante prouocatus sum: idest feci sed meruit quæ est relatio criminis Tertio debet dicẽ feci sed alter me impulit ut facerem quæ est remotio criminis. Postremo si hæc cũcta decerit. i. si ut hæc faceret nec profuit nec iniuriam reddidit neque ab alio compulsus ẽ: quoniam nihil est quo se dfẽdat debebit factum fateri sed ueniã postulare quæ est qualitas uenialis: q̃ concessionem Cicero uocauit. Hunc ergo ordinem Cicero hoc loco conuertit quem in posterioribus seruat. Itaque concessio duas partes habet: purgationem & deprecationem: in purgatione: tria sunt. Imprudentia: casus necessitas si hæc non fuerint deprecatio est. Sed hæc aut apud imperatorem aut apud populũ: itaque in purgatione factum conceditur: sed facientis animus excusatur. Hoc est quod ait cum factum conceditur: culpa remouetur. In deprecatione uero & factum & culpa conceditur: sed tamen uenia deprecatur. Hoc est quod ait. Deprecatio est: cum & peccasse & cosulto peccasse reus se confitetur & tamẽ ut ignoscatur postulat. Hæc ergo deprecatio non nisi aut apud imperatorem aut apud populum ualet apud iudices uacat. Remotio criminis est cũ id crimen quod infertur ab se & ab sua culpa ui: & potestate in aliũ reus remouere conat. Remotionẽ criminis hãc ẽ dicit cum reus id quod ei infenditur ab se remouet & in aliũ transfert. Atque id duobus modis facit si in alium aut cãm: aut factũ trãsferat: seu ut id faceret dicat aliũ coegisse. Verũ quod ait factũ põt hic quæstio moueri. Nam cũ omnis qualitas facti confessionem teneat: cur hic factum non confitetur: sed in alium trãsferre conatur. Denique nullus artium scriptor in hac qualitate facti trãslationẽ noiauit: sed ideo qa nullus intellexit. Nã factũ sic a se remouet: salua tñ cõfessiõe facti: ut i hoc themate qd' Cic. i secundo libro posuit Mancinus cũ numantinis fœdus fecit in iussu populi ac senatus pulso eodẽ in exilium atque hostibus dedito petitur ad pœnã: etiã ille qui porcã tenuit cõtradicit. Nã hic & cãm & factũ in aliũ remouet. Cãm sic ut porcã tenerẽ mancinus ui ac potestate coegit. Deinde factũ sic. Fœdus nõ ergo feci sed mancinus: qui aut debuit. aut potuit. Manet tamen facti prima illa cõfessio. q̃ porcã tenuit. nõ enim potest negare a se porcã fuisse tentã. Ergo remotio criminis duobus modis cõstat. Si autem causam in alium transferamus: aut factum. Relatio criminis est cũ ideo iure factum dicatur q̃ alius ante iniuria lacesserit. Relatio criminis talis ẽ: si i eo q̃ fecimus uicẽ nos reddidisse dicamus utputa occidi: quia ille me uolebat occidere. Hoc ergo feci: sed meruit: Cõparatio est cũ aliud aliqd alicuius factũ rectũ aut utile contendit: quod ut fieret illud quod arguitur dicitur eẽ commissum. Inter comparationem & concessionem hoc interest: q̃ in comparatione de eadem re cõparatio ẽ ut supra diximus dissipasti muros: læsisti rempu. Contra ille dissipaui quidẽ muros: sed hostes fugerũt In eodem comparatio est: ut supra diximus dissipasti muros. i. q̃ muri dissipati eẽ dicũt: nõ ait qd' ut fieret illud quod arguitur dicitur eẽ cõmissũ. Alioqn uerres qui multa signa & uasa ex sicilia sustulit & utitur hac defensione: q̃ a bellis tũtã siciliã reddiderit. Non potuit dicere: ideo signa sustuli

Eius partes sunt. iiii. concessio remotio criminis relatio criminis comparatio. Concessio est cum reus nõ id qd factum ẽ defendit: sed ut ignoscatur sibi postulat. Hæc in duas partes diuiditur purgationem et deprecationẽ Purgatio est: cum factum cõceditur: culpa remouetur: Hæc ptes habet tres: Imprudentiã: casũ: necessitatem. Deprecatio est: cum et peccasse reus consulto peccasse confitetur et tamẽ ut ignoscatur postulat: quod genus perraro potest accidere. Remotio criminis est cum id crimen quod infertur ab se et a sua culpa ui et potestate in alium reus remouere conatur. Id dupliciter fieri potest: si aut causa: aut factum in alium transfertur. Causa transfertur: cum aliena dicitur ui et potestate factũ Factum autem cum alius aut debuisse: aut potuisse facere dicitur. Relatio criminis est quod ideo iure factũ dicitur quod aliquis ante iniuria lacesserit. Cõparatio est cũ aliud aliquod factũ alicuius rectum aut utile cõtenditur: quod ut fieret illud qd arguitur dr eẽ cõmissũ

ut defenderem puinciã: neq; enim propterea tulit signa: ut puincia eẽt defensa. Itaq; utitur ueniali statu idest concessione per deprecationẽ. Ergo i cõparatione id quod intẽditur ideo a nobis factum dicere debemus: ut ex eo ipso bonũ illud quod cõtingit fluxisse dicamus. In quarta constitutione: quã trãslationẽ noiamus. Et supra docuimus qd in se trãslatio contineret scilicet ut aut oẽm actionẽ cõmutet: aut aliqua ex pte debilitet. Hoc est q̃ hic ait: aut oĩno aliquid de cõmutatione: aut infirmatione actionis. Igitur huius constitutionis hermagoras inuentor eẽ existimat. Inueniendi duo genera sunt. Vnũ tale: cũ in mediũ proferimus id quod erat: sed latebat. Aliud quod quasi non erat: sed a nobis primis uidetur iuentũ. Itaq; de his Cicleuiorẽ inuentionem dedit Hermagoræ scilicet ut id q̃ latuerat: in mediũ ptulisse uideatur. Hoc est q̃ ait Non quo non usi sint ea ueteres oratores sæpe multi: sed qa aãduerterint artis scriptores eã supiores & nõ retulerit inumerũ constitutionum. Ideo autẽ trãslationẽ multi scriptores iter constitutiones referre noluerunt: q̃ ois cõstitutio auctoritatem cõstituat. Trãslatio autẽ id uideatur agẽ. ne actio sit. Sed hermagoras recte hãc inter constitutiões posuit: nã hoc ipm̃ qđ actionem cõmutat actio est. Itaq; multi iquit Hermagoram reprehẽderũt: q̃ trãslationẽ iter cõstitutiones retulerit: sed iuidia magis q̃ uero. Et cõstitutiones q̃dẽ & eas̃ partes exposuimus. Post q̃ qd essent singulæ cõstitutiões: uel quid possent docuit: & eas̃ ptes: ideſt qualitates exposuit pmittit se his constitutionibus exẽpla subditus̃. Sed tũ cũ cœpit arguméta tractari quæ arguméta dulcidiora futura eẽ pmittit: si hisdẽ argumentis i tẽpote exẽpla supponat. Hoc est quod ait: nam argumentandi ratio dilucidior erit cũ & ad genus: & ad exemplum causæ statim poterit accõmodari. Genera causarum scimus tria esse demonstratiuum deliberatiuum iudiciale: Exempla uero causarum sũt themata scilicet. Constitutione causæ reperta statim placet considerare utr̃ causa sit simplex an cõiuncta. Quoniam in his duobus libris Cicero nihil nisi de inuẽtione tractat: iccirco per ordinem: quæ sint inueniẽda demonstrat. Postquã inquit constitutionem inueneris considerare debebis causam utrum simplex sit an iuncta ideſt utrum de una re agatur: an de pluribus cõstitutio sic iuenit. Occidisti: nõ occidi aut iure occidi. Cã uero hæc ẽ: an occiderit: an iuste occiderit. Ergo hæc causa simplex an iuncta sit cõsiderare debemus. Deinde iuncta: utr̃ ex pluribus quæstionibus est an ex aliqua comparatione ex pluribus quæstionibus causa iuncta est: ut inuerrinis accusatur. Verres quod multa furatus sit: quod ciues Romanos necarit: quod peculatum commiserit. Itaque quando ex pluribus quæstionibus causa iuncta est: ipsæ quæstiones inter se diuersæ sunt. Ex comparatione autem causa iuncta est: cum quid potissimum faciendum sit cõsideratur: ut in diuisione agitur: utrum Cice. accuset: an Cecilius. Sed quia comparandi duo modi sũt: comparatiuus: & superlatiuus: iccirco ait. Ex comparatione in qua per contẽtionem utrum potius: an quid potissimum sit quæritur. Verum his locis quæ tractabimus ipse etiã Ci. perspicua exempla supponit

In quarta cõstitutione: quã translatiuã noiamus eius cõstitutiõis est controuersia: cũ aut quẽ: aut quantum quomodo: aut apud quos: aut quo iure: aut quo tẽpore agere oporteat quæritur: aut oĩno de cõmutatiõe aliquid: aut ifirmatiõe actiõis agitur. Huius cõstitutiõis Hermagoras iuentor esse existimatur: nõ quo nõ usi sint ea oratores ueteres sæpe multi: sed qa nõ aãduerterũt artis scriptores eã supiores: nec retulerit i numerũ cõstitutionũ. Post ãt ab hoc iuentã multi reprehẽderunt quos nõ tã iprudẽtia falli putamus: res. n. pspicua ẽ: quã iuidia: atq; obtrectatiõe quadã impediri. Et cõstitutiões quidẽ: et earũ ptes exposuimus exẽpla aut ẽ cuiusq; generis: tunc cõmodius exposituri uidemur cũ in unũquodq; eorũ argumentorũ copiã dabimus Nã argumentandi ratio dilucidior erit: cũ et ad genus et ad exemplũ causæ statim poterit accõmodari. Constitutiõe causæ repta statim placet cõsiderare utrũ causa sit simplex: an cõiuncta: et si coniũcta erit: utrum sit ex pluribus quæstionibus iũcta: an ex aliqua cõparatione. Simplex ẽ quæ absolutã i se continet quæstionem unã hoc mõ: Corithis bellũ iudicamus an nõ, Cõiũcta ex pluribus quæstiõibus: in qua plura quærũtur hoc modo utrum Carthago diruatur: an carthaginẽsibus reddatur: an eo colonia deducatur. Et ex cõparatione i qua p cõtentionẽ utrũ potius: aut quid potissimũ sit quæritur ad hũc modũ. Vtrum exercitus i macedoniam cõtra Philippũ mittatur qui sociis sit auxilio an teneatur in Italia: ut quãmaxime sint contra Hannibalem copiæ controuersia scripti.

Deide considerandū est i ratiōe an i scripto sit controuersia. Prio iqt cōstitutio i ueniēda é. Secūdo utrū cā sit simplex an iūcta. Tertio i rōe: an i scripto sit controuersia. Scriptū nō tātū leges accipiamus: sed & senatus cōsultū & testamētū & uerba sola & multa huiusmodi. Huius scriptiōis genera sunt quinq; ut ipse primū rebus: deīde noibus idicauit. i. primū scriptū & uolūtas. Secundū leges cōtrariæ. Tertiū ambiguitas. Quartū collectio: siue rōcinatio. Quintū definitio legalis: ut é in ceciniana. Ratio é aūt: cum oīs oratio non i scripti one: sed in aliqua argumētatione cōsistit. ideo ait: cum omnis oratio nō i scriptione: sed i aliq argumētatiōe consistit. Quoniam & orationē scriptio: & oppositio orationē habet sed cum auctoritate: qppe ex scripto. i. ex testaméto uel lege uenientē. Ergo inquit ratio est, cū res quæ i contiōe uersatur: non i auctoritate legis: sed i argumentatione uersatur. Actū cōsideratio genere causæ. Repto iquit genere materiæ: & cōstitutiōe: & causa: utrū simplex an iūcta sit: & ipsa cā scripti an rōnis habeat cōtrouersiam. Deinde uidendum est quæ sit quæstio: quæ ratio: quæ iudicatō: q firmamentum. Verum de his tria p cipue sunt in omni causæ genere perquirenda. Firmamentum uero perraro adhibetur. Et si quādo adhibetur necesse est: aut in themate sit aut i hīstoria: alias lema dicitur. idest falsum argumētū: ergo tria illa sine intermissione ubique inspiciēda sūt idest quæstio: ratio iudicatio. Quæstio est quæ nascitur ex cōstitutione ut est illud iure ne occiderit. Ratio ē quæ facit controuersiam utputa occidi clodiū: propterea qa ille me nō uoluit occidere. Infirmatio rationis est etiam si te clodius uoluit occidere. tu tamē nō iure occidisti. Iudicatio est utrum cum clodius uoluerit occidere iuste tamen a milone occisus esse uideatur: ut Cicero de oreste exēplum dedit. Firmamentū é firmissima argumētatio defēsoris & aptissima ad iudicationem. Firmamētum si uerum sit ualde ꝑdest: sed soli defensori. Accusator enim pro firmamento assertionē habet: sed hoc: ut diximus raro i causam cadit. Cuiusmodi autem fit firmamentum: ipm Cicero docet: ut si uelit dicere.

Deinde considerandū est in ratione: an scripto sit cōtrouersia. Nā scripti cōtrouersia é ea quæ ex scriptiōis genere nascitur. Eius autem genera quæ sūt sepata a cōstitutionibus quinq; sūt. Nā cum uerba ipsa uidētur cū sententia scriptoris dissidere: tum inter se duæ leges ac plures discrepare: tū id qūod scriptū é duas: aut plures res significare uidetur: tū ex eo quod scriptū est. Aliud quoq; quod non scriptū est inueniri tum uis uerbi: quasi in diffinitiua cōstitutōe: in quo posita sit quære. Quare primū genus descripto et sentētia secūdū ex cōtrariis legibus. tertium ambiguū quartum ratiocinatiuū: quintū diffinitiuū noīamus. Ratio est autē cum omnis quæstio non in scriptione sed i aliqua argumentatione cōsistit: ac tum cōsiderato genere causæ: et cognita constitutione: cū simplex ne an cōiuncta sit intellexeris: et scripti: an rationis habeat controuersiam uideris. Deinceps erit uidendum quæ quæstio: quæ ratio: quæ iudicatiō: quod firmamētū causæ sit: quæ omnia a constitutione proficiscantur oportet. Quæstio est ea quæ conflictione constitutione causarum gignitur controuersia hoc modo non iure feciſti iure feci. Causarum autē hæc est conflitio: in qua constitutio constat: Ex ea igitur nascitur cōtrouersia quā quæstionē dicimus hoc modo iure ne fecerit. Ratio ē quæ continet causam: quæ sit sublata sit: nihil in causa controuersiæ relinquitur hoc modo: ut dicendi causa in facili et prouulgato exemplo cōsistamus: Orestes si matricidi accusatur: nisi hoc dicat: iure feci. Illa enī occidit patrē meū nō hēt defensionem. Quare sublata omnis controuersia quoq; sublata sit. Ergo eius causæ ratio est quod illa Agamēnonem occiderit: iudicatio est quæ ex infirmatione et confirmatione rationis nascitur cōtrouersia. Nam sit ea nobis exposita ratio quā pauloante apposuimus. Illa enim inquit meum occiderat patrem. At non inquit aduersarius abs te filio matrem necari oportuit. Potuit enim sine tuo scelere illius factum puniri. Ex hac deductione ratiōis illa summa nascitur controuersia. quam iudicationem appellamus: Ea est huiusmodi. Rectum ne fuerit ab oreste matrem occidi: cum illa Orestis patrem occidisset. Firmamentum et firmissima argumentatio defensoris: et aptissima ad iudicationem. Vt si uelit.

Oreſtes eiuſmodi animū matriſ ſuæ fuiſſe in parentem ſuum ī ſeipſum ac ſorores in regnum et reli qua:& cæteris quidem in conſtitutionibus ad hunc modum iudicationes reperiẽtur. Quoniam oīs de facto iam confeſſio eſt:iccirco in omnibus conſtitutionibus dicit iudicationem de firmatione ra tionis fieri præter ī coniectura In coniectura enim facti nulla confeſſio eſt. Quare in coniectura eadem erit iudicatio quæ quæſtio. Factum eſt:non eſt factum. Factum ne ſit? Quod autem ī cauſa conſtitutiones:aut earū partes erunt qualitatis:ſcilicet partes, reliquæ enim conſtitutiones partes non habent. Ergo quot in cauſa conſtitu tiones uel partes erūt:tot neceſſe erit inueniri quæſtiones rationes:iudica tiones:firmamenta. His omnibus in cauſa repertis: tum deniq; ſingulæ partes totius cauſæ conſiderādæ ſūt Sub diuerſa ſignificantia Cicero par tes poſuit. Aliæ ſunt enim partes ora toris officii:aliæ ptes qualitatis:aliæ partes cauſæ:aliæ partes oratōis. Ita que partes cauſæ ſunt ut ſuſcepto ne gocio per rerum ordinem ea quæ dī cenda ſunt diligēter ſpicias. Quod cum pertractaueris:ideſt cum cauſæ partes inſpexeris:tum de modo tibi ordinandæ ſuut partes oratōis. Non enim inquit:quia primū exordiū ē: ſola tibi primo erunt conſideranda principia & ſcribēda. Sed conſidera to omni negocio:tūc appoſitæ ſume re exordiū debemus. Hæ partes eſſe ſex oīo nobis uidenf:Multi enim q̄ tuor eſſe dixerūt:ideſt exordiū:nar rationem:quæſtiones:epilogū Cice. autem ſex eſſe dicit:ideſt exordium narrationē:partitionem:confirmati onē:reprehēſionē:cōcluſionē: epilo gum. ſ. & recte cōfirmationem & re prehenſionē. Hoc enim maximū eſt oratoris officiū:ut argumēta ſua pri mū afferat:deinde aduerſarioꝝ diſ ſoluat. Quare īqt quoniam primū exordiū eſt principio exordii præce pta trademus. Exordiū eſt oratō ani mū auditoris idonee comparans ad reliquā dictionē. Optima definitio ē quæ a genere incipit. deīde deſcen dit ad ſpeciē. Poſtremo ita ppria cō plectitur:ut excludat oīo id qđ cum aliis poteſt eſſe cōmune:ut hic ſex p tes orationis Ci. ponit. Orator porro duo agit:aut fidem facit:aut aīos cō mouit. Quare ī quatuor illis me diis partibus fides fit in narratione ī partitione:in cōfirmatione:in repre henſione. In exordio uero uel epilogis animi cōmouentur. Itaq; ut definiat exordium a genere inci pit. Exordium eſt oratio omnis enim pars oratio eſt:deinde ſic deſcendit ad ſpeciem. ita ut excludat quatuor illas partes medias:quibus fides fit animū inquit auditoris idonee comparans. ſed quia & in epilogis animi cōparantur:ita propriū cōplectitur:ut excludat etiam epilogos Ad reliquam in quit dictionem. Ita ergo exordii plena definitio eſt:Exordium eſt oratio animū auditoris idonee cō parans ad reliquam dictionem. Verum cū aliquid fieri uolumus primū definire debemus quid ſit illud quod fieri uolumus:ut hic de exordio definiuit quid eſſet exordium eſt inquit oratio animū auditoris idonee comparās ad reliquā dictionē:deinde debemus definire qd īde fiat:ut hic fecit: quod euenīet inquit:ſi eū beniuolū:attētum. Docilem fecerit. ſed quia non bene aliquid facimus niſi priuſ ſciamus ubi faciendum ſit:priuſ oſtendit ubi faciendum ſit. Poſtremo quēadmodum faci endum ſit. ait ergo tunc nos optime exordiri:ſi cauſarum genera cognoſcamus:hoc eſt ubi faciēdū ſit. Genera cauſarum quinque ſunt:honeſtum:admirabile:humile:anceps:obſcurum. Hic quæ ſtio naſcitur:cum ſupra dixerit genera cauſarum tria eſſe:demonſtratiuū:deliberatiuū:iudiciale:

Oreſtes dicere eiuſmodi aīum matris ſuæ ī parētē ſu um ī ſe ipſū ac ſorores ī regnū et ī famā generis et fa miliæ:ut ab ea pœnas liberi ſui potiſſimū petere ꝺbue rit:et ī cæteris qdē cōſtitutiōibus ad hūc modū iudi cationes reperiūtur. In coniecturali aūt cōſtitutione: q̄a ratio non ē:factū.n.nō cōceditur:nō pōt ex dedu ctione rationis naſci iudicatio. Quare neceſſe ē eandem quæſtionē eē et iudicationē:ut factū eſt:factum non ē:factum ne ſit. Quod autē ī cauſa cōſtitutiōes aut earum partes erūt:totidem neceſſe erit quæſtiōes rationes:iudicationes:firmamēta reperiri. His oībus ī cauſa repertis:tum deniq; ſingulæ partes totius cauſæ conſiderādæ ſunt. Nā nō ut quodq; dicendum pri mum ē:ita primum aīaduertēdum uidetur. iō quod il la quæ pria dicūtur:ſi uehementer uelis cōgruere et cohærere cum eā ex eis dicas oportet:quæ poſt dicen da:ſunt. Quare cum iudicatio et ea quæ ad iudicatio nē oportet iueniri argumēta diligēdi erunt artificio rep ta cura et cogitatōe ptractata. tunc deniq; ordinā dæ ſūt cæteræ ptes oratōis. Hæ ptes ſex eē oīo nobis uidētur. exordiū:narratio:ptitio: cōfirmatio:reprehē ſio:cōcluſio. Nūc quoniā exordiū priceps oīum eē de bet:nos quoq; primum ī rōe exordiēdi præcepta da bimus. Exordium ē oratio aīum auditoris idonee cō parās ad reliquā dictionē:quod eueniet ſi eū beniuo lum et attentū:et docilē cōfecerit. Quare q̄ bene ex ordiri cām uolet:cum neceſſe ē genus ſuæ cāæ diligē ter āte cognoſcere. Genera cauſarum ſunt quinq;:ho neſtum:admirabile:humile anceps:obſcurum. Hone

si quis fecerit & quid factum sit atq; hæc ipsa Ci. ꝓpriis & apertioribus: & ad rem uicinioribus nominibus appellauit. Quis. n. personā dixit: qd negociū uocauit. Ac pſonæ qdē quā in ꝓnomine posuimus quæ essent attributa iam dictum ē. Nunc anteq̄ dicamus quæ negocio attributa sint: quid sit ipm negocium uideamus. Negocium ē factum de quo quæstio ē. Veꝝ hoc factum nunc ī facto ē nūc ī dicto: nūc ī cogitatu. Omne hoc itaq; factum de quo quæstio ē negocium appellat. Ac factorum q dem genera tria sunt. Est factum illud de quo quæstio. Est factum quod ī negocio. est quo illud factum de quo q̄stio ē ꝓbat. Atq; hoc factum tribus tēporibus cōsiderat Ante. In. Post. Est & tertium genus facti quod extra negocium ē ex quo ad id factum d̄ quo quæstio ē trahit argumētum: ut cluētii factum ē iudiciale de ueneno q̄ occiderit oppianicum. Deinde extra hoc negociū facta eius alia ad argumētum quod ꝓponit trahūtur, q̄ multos ante ueneno necarit. Hoc tertium factum ī attributis pſonæ accepimus facta causus & oratōes. Tria itaq; genera factorum sunt. factum de quo q̄stio ē: factum quo id: factum unde quæstio ē ꝓbat factum extra negocium. sed ad negocium. Itaq; factum illud de quo quæstio ē negociū appellatur. Huic negocio q̄tuor pricipaliter attributa subiecit: unum qd ī ipso negocio ē quæ cōtinētia cū ipso negocio appellauit. i. qbus illud factum de quo q̄stio ē ꝓbat & quæ ab ipso negocio uident nullo mō putasse separari secundum attributū ēī quo illa q̄ in gestione negocii sint necesse ē uidere. Aliud ē. ipsum negocium. Aliud illa q̄ ī gestione negocii cōtinētur: ut pta occidit: negocium ē. In ipsis aūt negocii gestione illa sunt. Illo tpe occidit: ī illo loco occidit. Fuit occasio: ut occideret: & reliq̄ quæ ī gestione negocii cōtinētur. Tertiū attributū est quod adiunctum negocio noīatur. Hoc quoq; neq; negocium neq; ī gestione negocii sed extra negocium ē. Hoc ab oratore sumit: cuius assumptōe res illa de q̄ quæstio ē aut similis: aut dissimilis demōstrabit. Itaq; oīa exēpla tributa negocio sunt. Sed qm̄ extrinsecus ueniunt adiuncta negocium noīant. Quaꝝ attributum ē negocio quod gestum negocium consequit. Hoc quoq; extrinsecus ē. nō. n. ī negocio uel ī gestione negocii cōtinet: sed an post negocium cōtigerit cōsiderat: utputa factum milonis hæres cōsecutæ sunt: ut de eodē facto legē nouā senatus tulit cædē quæ ī appia uia facta esset cōtra. r. p. factam esse iudicauit. Hæc oīa non in negocio neq; in gestione negocii sunt: sed gestum negocium cōsequunt. Et qm̄ scimus quot attributa negocio sunt: nunc in singulis quæ nobis sint ad argumētum ducēda uideamus. Ac primo illa cōsideremus q cōtinētia cum ipso negocio appellātur: sine qbus negocium: & q̄ sine negōcio esse nō possunt. Hæc itaq; quinq; sunt. Summa ipsius negocii. Summæ cā: & facti tria tpa. Ante. In. post. quod factum iter genera factoꝝ secundum esse memorauimus. Summa negocii talis ē: ut parētis occisio. Patrem. n. occidit negocium est. Negocii summa est ut parentis occisio. In hoc de ipsis nominibus de ꝓnunciatione fiet argumētum si cum quadā admiratione dicamus occidisse patrē: sextus roscius dicit. Deinde cā illa ē: utputa occidit: quia inimicus fuit. Aut contra: quia inimicus nō fuit. nō occidit. Iam post cā facta cōsiderare debemus: qbus illud factum de quo quæstio ē asseramus. Hæc facta ꝓ tria tēpora: ut sæpe iam dictū ē diuidunt: ut cōsideremus quid ante factum sit: qd in re ipsa factum sit: quid postea factum sit. Vt milo qd ante fecit. In senatu fuit: domū uenit. Calceos & uestimēta mutauit: ꝓfectus ē. Deinde qd fecit in re ipsa. Ad albanum puenit si impetus ī illum factus ē. Tum ille reiecit penulā de reda dessoluit: se defendit. Clodius occisus ē. Postea qd fecit ꝓfectus ē lauinium. Flamines creauit pp inuidiā romā cito noluit reuerti. Ergo his factis factum ꝓbat: aut defendit illud puod ī q̄stione ē. i. milo clodium occidit. Necesse ē itaq; hæc qnq; ī eodē negocio de quo quæstio ē cōtineri. Frustra. n. aliquod factū obiicimus uno nec factum ē nisi eius summā dicamus: nisi cām eiusdē facti doceamus: nisi qd ante: qd in re: qd postea factum sit demonstremus. Recte ergo cōtinētia cum ipso negocio noīata sunt. Deide cā eius summæ per quam & quāobrem & cuius rei causa factum sit quærit. Multæ quidē causæ sunt. Nam ut oīa ista nascātur quæ ī mundo sunt necesse ē cā p̄cedat. Et hoc ipsum negocium: de quo q̄stio ē cā dicit. Veꝝ hæc cā hoīs circa factum duplex ē: aut. n. pp rē aliq̄ iam ante aīo ꝓpulsam quodcunq; faciamus: & erit cā quæ ratiocinatio dicit: aut subito necessitate aliqua præsentis tpis in factum aliquod præcipitamur: & erit cā quæ impulsio dicitur. Et quæcunq; cā ex cōfessione ueniam meretur: impulsio est. Haꝝ nunc utranq; cām Ci. hic tetigit per quam quamobrem ingt & cuius cā factum sit quæritur. Quāobrem ratiocinatio ē cuius cā impulsio ē. In gestione negocii hæc qn̄ requirenda sunt. In gestione negocii. Locus. Tempus. Occasio. Modus. Facultas. In

gestione autem negocii: q̄ locus secundus erat. De ēptē elementis persona iam dicta ē. Remanserunt
sex: quæ negocio attributa sūt. Quid: cur: qñ: ubi: quēadmodū: qbus adminiculis. Ex his rursus duo
qd & cur. i. factum illud triplex & facti cām cōtinētia cum ipso negocio eē mōstrauimus. Reliqua q̄/
tuor ī gestione negocii sunt. Vbi: qñ: quēadmodū qbus adminiculis. Addidit Cic. qntam occasionē
de q̄ post dicemus. Quiq; itaq; res secūdo attributo subdidit locū: tēpus: occasionē: modū: facultatē
Et recte hæc in gestione negocii eē dixit. Illa. n. supiora q̄nq; summa negocii summæ causa qd an/
te factum sit quid in re factum sit qd postea factū sit negocii. i. factū illud de quo quæstio ē. pbāt. Quod si negociū. pbāt ī gestione negocium nō sunt. Vex ī gestione negocii necesse ē: ut hoc rursus qnq; sint locus: tēpus: occasio: modus: facultas. & ni cū dicimus. Milo ī senatu fuit? domū uenit: postea. pfectus ē gestio negocii ē q̄dē: sed ī ipsa negocii gestiōe tēpus ostēdimus. i. miloné hora. ix. pfectū. Deide cū dicimus uenit ad albanū. Impetus ī illū factus est gestio q̄dē negocii est: sed ī ipsa negocii gestione & occasiōe ostēdimus q̄ necesse habuit illac iter facere: & locum. ostēdimus q̄ de loco supiore īpetus ī illū factus sit: & facultates: q̄ clodius habuit armatos. Ergo gestio negocii sine his qnq; eē nō pōt: loco: tpe: occasiōe: mō. facultatibus. Quod si sine his qnq; negocii gestio eē nō pōt recte hoc ī gestione negocii cōsiderare debemus. Locus cōsiderat' ī quo res gesta sit ex oportunitate quā uideat' habuisse ad negociū administrādū. Vt sciamus quē locū cōsiderādum p̄cipiat q̄ sint alii loci uideamus. Ac primo secūdū Lucretii cæterorq; sniam. Inane totū locus ē: quod inane patet rebus occupaturq; ab elemētis. Igni: aere: aqua: terra. Ergo hæc elemēta ī loco sunt. i. ī inani. Sed rursus ipsa elemēta loci sunt: ut ignis syderibus locus ē: aer: auibus: aqua natantibus: terra gradiētibus: uel his oībus quæ ī ea dē nascunt'. Itaq; & terra oīs locus est: & rursus in terra locus ē: qui locus nobis nō ex eo: quod locus ē cōsiderandus est: sed ex eo quod qualis sit: aut ex oportunitate eius. Aliquid ī eo: aut fieri potuisse: aut fieri nō potuisse doceamus. Hoc itaq; si præceptum in loco qualitatem eius atq; oportunitatē nos ispicere atq; æstimare debere. Necesse est. n. nobis ubicunq; esse. Sed illud ubi sumus quale sit cōsiderandum ē. Atq; hæc oportunitas loci per multa considerāda ē. Nā & magnitudo loci ispiciēda ē. ut & ibi tot milia hoīum cœperit. Deide iterum illum inspiciēdum ē: ut ī qntiana septīginta milia biduo eē decursa. & quoniā interualli duo genera sunt: lōginquitate inqt & ppinquitate. deinde cōsiderādum si motus locus an celebris sit. Deinde natura ipsius loci uidēda tumulosus: decliuis: plānus: saxosus: plaustris: siluestris: quæ sit pterea uicinitas eius loci ī qua natura sit: ut iō ibi aliq̄d fieri potuerit uel nō potuerit q̄ uicinia talis sit: uel oīs regio. Etiā hoc inquit in loco cōsiderare debemus facer an pphanus sit: publicus an priuatus: alienus an ipsius de quo agitur. Quod si ipsius nō erit: etiā hoc uidēdum an aliq̄do ipsius fuerit. Ex his igit' tot oportunitatibus loci multa ad negociū colligere possumus argumēta. Tempus autē est id quo nunc utimur. Quod tempus semper fuerit necesse ē: siue ante mundum. siue cum mundo. Multi. n. natū mūdum: multi natū nō eē, cōtendūt. Ergo hoc tps generale: q̄ nec initiū nec finē hēt æternitas ē: quam græci appellāt. Vex q̄m hoc tempus definiri difficile est: illud definit: quo nunc utimur. Tempus ē inqt pars quædā æternitas: aut annuū: aut diurnū: aut nocturnū spaciū significans. Ex cursu. n. sideū certis tpibus certum nomē ipositum est. Septē stellæ septē circulis cōtra cœlū uoluuntur quæ cum singulæ ad id signum unde pfectæ sunt fuerint reuersæ certū tps icludūt. Quod si oīs septē simul ad ea signa unde pfectæ sunt reuertant': nunc fit illud tps: quod annus magnus dī: & necesse est omnia rursus p ordinē suū quæ ante nata sunt renasci. Ergo si ad exordium suū simul oēs stellæ reuertant': annus magnus dī. Singulæ aūt cursus habet tēpus suum: sed omne tps certis uocabulis nō tenet'. Nā saturni cursus hēt tps sed tps ipsū nō hēt nomē. Itē iouis: Martis: Veneris atq; Mercurii: Solis uero cursus cū se expleuerit annus est. Lunæ cū se expleuerit mensis est. iā uero & Sole supra terras posito diem uocabimus: & Sole sub terris posito noctē. Horas aut ē. xii. hæc eē origo memorat. Quodā tēpore trimegistus cū eēt in ægypto sacq; quoddā aīal serapidi dicatū cum ī toto die duodecies urinā fecisset pari semp iterposito tpe per duodecim horas diem dimēsum esse conlecit: & exinde hic horas numerus custodit'. Deinde alii dicunt ex quadratura cœli quæ secundum musicam rationem in duodecim partes dicitur esse diuisa: horas duodecim esse nominatas. Aqđam

sunt q̄ritur: locus: tēpus: modus: occasio: facultates. Locus cōsideratur ī quo res gesta sit ex oportunitate quā uideatur habuisse ad negociū administrādū. Ea autē oportunitas quæritur ex magnitudie: iteruallo: lōginqtate: propinqtate: solitudie: celebritate: natura ipsius loci' ex uicinitate totius regiōis. Ex his ēt attributiōibus sacer an profanus: publicus an priuatus: aliēus an ipsius de quo agitur locus sit: an fuerit. Tēpus aūt id quo nūc utimur ē. Nā ipsū q̄dē diffinire difficile ē: ps quædā æternitatis cum alicuius animi mēsura diurna uespertina nocturnaue spacii ex certa significatione. In hoc et quæ præterierūt cōsiderātur et eorū ipsorū q̄ pp uetustatē absoluerūt: ut incredibilia uideātur: et iam ī fabularū numerum reponantur: et quæ iam diu gesta et a memoria nostra remota: tamen faciant fidem

enim per totum diem exceperunt tenuissima caverna defluentem & hanc maiores nostri in duodecim ptes diuiserunt. Ex his ptibus horis numeꝝ iposuerũt. Sed iá tẽpus é ut ad rationẽ tẽporis reuertamur. Quod tẽpus, i. hoc quo núc utimur. ſpaciũ accipiamus: quod aut i multis annis ſit: aut i anno aut i mẽſibus aut i mẽſe: aut i diebus uel die: aut i noctibus uel nocte: aut i horis uel hora uel momẽto. Veꝝ hoc tẽpus noſtꝝ philoſophi duo tẽpora diuiſerũt: in ꝓteritum futuꝝ. ꝓſens autẽ eẽ negauerunt: quod i eo q̃ præſens dicimus ſiqd iam aliqua ex parte cõfectum ẽ ꝓteritum ſit ſiqd mox ꝓficiuere tradita eſſe quod eo cũ monumẽta certa in litteris exiſtãt: et quæ nup geſta ſint quæ ſcire plærique poſſint: et itẽ q̃ iſtẽt i præſentia: et q̃ maxime fiãt et q̃ cõſequãtur. In q̃bus põt cõſiderari q̃d ocius et q̃d ſerius futurũ ſit: et itẽ i tẽpore cõiter ꝓſpiciẽdo lõgitudinis eius ẽ cõſiderãda. Nã ſæpe oportet cõmetiri cũ tpe negociũ: et uidere potuerit ne aut magnitudo negocii: aut multitudo rerũ i eo trãſigi tẽpore. Cõſideratur aũt tẽpus et ãni: et mẽſis: et die i: et noctis: et uigiliæ: et horæ: et aliq̃ partꝫ alicuius horũ. Occaſio aũt ẽ pars tẽporis habẽs i ſe alicuius rei idoneã faciẽdi aut nõ faciẽdi oportunitatẽ. Qua re cũ tẽpoꝝ hoc differt. Nã generẽ q̃dẽ utrũq; idẽ eẽ itelligitur. Verũ i tẽpore ſpaciũ quod dãmõ declaratur quod i annis aut i anno: aut i aliq̃ anni ꝑte ſpectatur. In occaſione ad ſpaciũ tpis faciẽdi q̃dã oportunitas itelligitur adiuncta. Quare cũ genere idẽ ſit: fit aliud quod ꝑte q̃dã et ſpecie ut dixius differat. Hæc diſtribuitur i tria tẽpora uel genera: i publicũ: cõe: ſingulare. Publicũ ẽ quod ciuitas uniuerſa aliq̃ de cã frequẽtat: ut ludi. dies feſti: bellũ. Cõe quod accidit oĩbus eo dẽ fere tẽpore ut meſſis: uindemia: calor: frigus: Singulare aũt ẽ quod aliq̃ de cã priuatim ſolet alicui accidere: ut nuptiæ: ſacrificiũ: funus: cõuiuium: ſomnus Modus aũt eſt in quo quemadmodum: et aĩo quo factum

habeat futuꝫ ſit. Ita Virgi. Totiam uoluẽtibus annis. quod. n. uoluitur nõ ſtat: quod nõ ſtat præſens nõ habetur. Oratores autẽ tẽpus noſtꝫ in tria tẽpora diuidũt: i illud tẽpus uetus atq; abſoletũ: & perantiquũ. Deinde i illud quod licet uetus ſit a noſtra memoria: remotũ tamẽ in litteris cõtineẽ. Poſtremo i illud q̃ nuper geſtum ẽ. & cuius de his q̃ uiuũt plæriq; meminerunt. Præſens uero tẽpus i duo diuidunt: in præſens: & magis præſens. Magis præſens tẽpus ẽ: ut Nunc nunc iſurgite remis. Hoc eſt quod ait: & itẽ quæ inſtent i ꝓſentia: & cũ maxime fiant. iſtãs. n. tẽpus præſens ẽ: ut ait iuno ad iuturnam. Cum iá fata turnum tenerẽt atq; inſtãtibus eripe fatis. Deniq; ſciamus illa præſentia fata dixiſſe addidit poſtea tẽpus. quod magis præſens eẽt ſi q̃d ꝓſentius audes. præſens ergo tẽpus duo tẽpora hẽre dixerunt: præſens: & magis præſens: futuꝫ autem tempus i duo diuiſerũt: in ocius: & ſerius. i. in id q̃ mox futuꝫ ẽ: & in id quod tardius futuꝫ ẽ. Atq; hæc tria tempora cũ partibus ſuis. hic in hoc attributo: q̃ de tẽpore eſt continentur. Et itẽ cõiter in tempore perſpiciendo longitudinis eius ẽ conſideranda. Tẽpus eẽ diximus ſpaciũ: quod i annis: mẽſibus: diebus: noctibus horiſq; uerſeẽ. In hoc iquit cõiter tempore lõgitudinẽ eius debemus iſpicere. In qua lõgitudine duo oportet attẽdere: utꝫ in illo ſpacio huiusnegocii magnitudo potuerit impleri: & utrum tot ſimul res potuerint effici. Quod. n. i rebus difficile eſt: aut numero aut magnitudine ſit neceſſe eſt. Occaſio autem eſt pars temporis habens in ſe alicuius rei idoneam faciendi aut non faciendi oportunitatem. In illa menſura temporis ex motu cœli facta ex actibus noſtris uel ipſius mundi qualitas proueniens occaſionẽ parit faciendi aliquid: uel non faciendi. In tempore. n. mẽſura ac ſpacium conſideratur. In occaſiõe qualitas temporis ex qua oportunitas naſcitur faciendi aliquid uel non faciendi. Hoc itaq; inter ſe diſtant tempus & occaſio genere autem ſimilia ſunt. Verum hæc occaſio: ut diximus ex actibus noſtris: uel ipſius mundi parit nobis ad aliquid oportunitatem. Verum hæc occaſio: uel oportunitas in tria genera diſtribuitur. Publicũ: commune: ſingulare. Occaſio. Publica. Communis. Priuata. Publicum eſt inqt q̃ ad totam ptinet ciuitatẽ: ſi aut bellum ſit: aut ludi: aut aliquis dies feſtus. In hac utiq; publica occaſione eſt oportunitas aliquid faciendi: uel non faciendi. Commune eſt inquit quod ex actibus mundi prouenit: ut ſi meſſis ſit calor: ſi uindemia frigus. Singulare autem eſt inquit q̃ unicuiq; poteſt prouenire priuatim. Si nuptiæ ſint ſacrificium: funus: conuiuium: ſomnus: & recte in priuata occaſione ſomnum etiam poſuit. Non enim ex neceſſitate temporis: ſed ex corporis atq; animi ratione dormitur. Interdum. n. laſſi aut mœſti ꝑ diẽ dormimus. Interdum ſoliciti atq; occupati nocte uigilamus. Triplex itaq; occaſio: publica: cõis. priuata. Ex his occaſiõibus multa poſſumus arguméta colligere. Modus aũt ẽ in quo quẽ admodũ & quo aĩo factum ſit quæritur. Modum Ci. diligẽter ſpexit atq; ita definiuit ut nemo unq̃. Nãq; modũ i duobus ſpiciẽdũ docet: i mõ facti: & aĩo i faciẽtis: ut ſi dicas clam ẽ q̃dem modus facti q̃ quaſi res facti occulte geratur. Verum in eo eſt & aĩus facientis inſidioſus latens atq; inſtructus dolis. Iram eo quod clam dicimus & modus & animus inuenitur. Similiter omnes

modi ex modo facti:& ex animo inſpiciendi ſunt. Verum in ipſo animo duo rurſus debemus inſpice re:prudentiam:& imprudentiã,i.utrum aliquid cõſilio an animi impulſu fecerit.In his.n.cauſa fa cti q̃ritur:quã duplicẽ eẽ ſupra diximus circa faciẽtis uolũtatẽ.ratiocinatõnem.ſ.& impulſionẽ. Ita ratiocinatio erit prudẽtia animi.Impulſio uero iprudentia. Vex hi erunt ex prudẽtia modi:clã: pa lã:ui:perſuaſione.Hæc oĩa prudenter admiſſa ſunt.i.ut res fieret conſiliũ ante pceſſit.Imprudentia porro ad purgationẽ iungitur:quæ pars ueniæ eſt. Cuius purgationis partes tres ſunt inſpiciendæ:in ſcientia:caſus:neceſſitas.In his quo/ q; modis factum quidem manifeſtũ eſt ſed animus inuenitur inuitus.Ad iungitur ad iprudentiæ modos etiã affectio q̃ paulo ãte pſonæ diximus attributam.Quã affectionẽ eẽ dixi mus animi aut corporis tepẽtina de cauſa ꝓmutationẽ.Vex hic quoniã in mõ animus attendendus ẽ:animi ſolas circa affectionẽ poſuit cõmuta tões.i.moleſtiã:iracũdiam: amorẽ. Itaq; his affection:bus animi impru dẽs in factũ pelluntur.& recte ipru dẽs:qppe affectio ẽ repentina animi cõmutatio.Ergo quod repẽtinũ eſt ꝓſpici nõ põt.Si ꝓſpici non põt im/ prudentia ẽ. Facultates ſunt aut q bus facilius fit:aut ſine quibus aliqd confici non põt.Facultates Cic.du/ plici qualitate definiuit:duaſq; illis poténtias dedit:ut ſit primũ genus facultatũ illud ſine quo aliquid fieri nõ põt.Aliud quo aliqd fa cilius cõpleat.&.n.hæc duo prima ꝓponamus fit:nõ fit:lã ex eo q̃ fit rurſus duo deſcendũt. Faci/ le fit:difficile fit.lã i duobus ponit facultas.in genere.i.i eo q̃ fit:& i ſpecie.i.in quod facile fit.illud aũt quod difficile fit ita põt argumẽtis torqueri ut illud uideat eẽ q̃ nõ fit:& iccirco i hoc nõ ſũt po/ ſitæ facultates.dupliciter igit facultates eẽ teneamus.Prio illas ſine qbus aliqd fieri nõ põt.Deinde illas qbus aliqd cõpleẽt:ut ſi qs uelit rhetoricã diſcere prima erit ei ad diſcẽdũ facultas ſine q̃ effici nõ põt.i.aĩus:igeniũ:inſtrumẽta artis ipſius:& magiſter.Deinde erũt illæ facultates qbus facilius fit ſi ſit doctus & beniuolus magiſter.Ita & ad mortẽ facultas ſine qua fieri nõ põt uenenũ q̃ facilius fit uenenũ cũ poculo.Si aũt i pane deꝭ uenenũ pars illa ẽ quæ difficile fit quæ ita põt argumẽtis torque ri ut pars illa uideat eſſe quæ nõ fit q̃ qdẽ Cĩ.ꝓcluẽtio diſputauit cũ negauit i pane dari uenena po tuiſſe.Hoc aũt ſcire & tenere debemus:ẽt tẽpus:& locũ:& cætera præter modũ facultates eẽ poſſe ſi generaliter cõſiderent nõ ex ſpecie uel ex oportunitatibus ſuis.Neceſſe ẽ.n.& quodcũq; tẽpus & quẽ cũq; locũ fuiſſe cũ aliqd factũ ẽ.Alioqn facultas pria nõ erit faciẽdi niſi iſta ſint.Ita Cice.i roſciana. Nõ potuit inq̃t occidere patrẽ roſcius cũ abſcens fuit.Hic argumẽtũ a loco fecit. Deide ait. Agenũc uideamus reliquas facultates.Ergo iã & locus facultas ẽ.Sed facultas ſi generaliter cõſideretur:At ſi opportunitas eius fuerit ſpecta tũc ex loco argumẽta ſumẽtur. Adiũctũ negocio ãt id intelligitur quod maius:& quod minus:& quod ſimile erit.Attributa negocio duo iã trãſacta ſũt.Continẽtia cũ ipſo negocio:& illa quæ i geſtione negocii cõtinẽtur.Ac prima qdẽ cũ attributis ſuis pſona trãſacta ẽ .i.qs.Deinde qd & cur cõtinẽtia cũ negocio demõſtrauimus.Deinde q̃do:ubi:quemadmodum qui/ bus adminiculis in geſtione negocii poſita documus.Ita ſeptẽ prima illa elemẽta in duobus negocio attributis uidemus icluſa.Nec iam ampliꝰ uideꝭ relictũ quod i aliis duobus negocio attributis ad argumẽtum cõſiderare debeamus.i.in his quæ adiũcta negocio nominãt:& i his quæ geſtũ negociũ cõſequunt. Vex i his eadẽ ſeptẽ ẽ quæ &,i ſupioribus cõſiderare debemus.nec aliquod negociũ ſine his ſeptem elemẽtis unq̃ poterit iueniri:ut quis homo ſine liniamẽtis ſuis.Itaq; cum i noſtro negocio ex omni circunſtãtia argumẽta cœpimus:& fides in aliquo claudicarit ex alienis argumẽta ſumenda ſunt:quæ cum aſſumunt:aut fidẽ faciunt:aut augẽt. Vex hæc cũ aliena ſint,i,extra noſtrã cauſam uidendum eſt qua noſtro negocio parte copulẽtur:quæ copulatio reſpectus dicitur: quem reſpectũ græci dicunt.& enim cum etiam iſta aliena a negocio ſeptem illa elemẽ ta cõtineãt:quæ in noſtro negocio continentur non poſſunt ſibi omnia conuenire.Sed quædam i hoc cõſiderare debemus i alieno negocio:quæ per noſtr negocium reſpiciant:ut præuiſo & præcognito copulationis genere ad argumẽtum noſtri negocii facta collatione copulent. Vex hu ius reſpectus nouẽ modi ſunt.Scilicet ut ſit adiunctum negocio noſtro:& q̃ maius eſt:& q̃ minus:q̃ ſimile:quod æque magnum:quod diſpatum:quod cõtrarium:& genus: & pars:& euẽtus. Hæc itaq; nouẽ oĩa toni & puncti ſunt.i.ad aliquid.Itaq; quaſi ſemper in binis ſunt & recte,niſi enim ad aliqd nullus poteſt eſſe reſpectus.Itaq; cum dicimus maius:tunc intelligimus maius: ſi minus conſidere/ mus.Rurſus tunc intelligimus minus ſi maius cõſideremus.Ita & reliqua ex aliorum collatione co/ gnoſcimus. Verum nunc uideamus quemadmodum hoc reſpectus negocio& conſiderare debeamus

ſit quæritur.Eius partes ſunt prudentia et iprudẽtia. Prudentiæ ãt ratio quæritur ex his quæ clam: palam: ui:perſuaſione fecerit. Imprudentia autem ĩ purgatio nem confertur. Eius partes ſunt inſcitia:caſus: neceſſi tas:et in effectionem animi.hoc eſt moleſtam: iracun diam:amorem:et cætera quæ in ſimili genere uerſan tur.Facultates autẽ ſunt:aut quibus facilius fit: aut ſi ne quibus aliquid confici non poteſt.Adiunctum au tem negocio id intelligitur:quod maius: et quod mi nus et quod ſimile erit ei negocio de quo agitur : et quod æque magnum : et quod contrarium:et quod diſperatum: et genus: et pars: et euentus: maius: et

Maius & minus:& æque magnũ ex ui & ex numero:& ex figura negocii;ſicut ex ſtatura corporis cõ ſideratur,Hæc tria.i.maius& minus:& æque magnũ tribus modis conſiderare debemus,vi.nume ro:figura:uis:quæ ſingulis nominibus uerbiſq; conſtat: & perſona.Omnis enim res:& omne dictum factum ue habet uim ſuã:etenim ſi dicas parricidium ſtatim q̃tum hoc ſit:& in qua ui ſit animo exi ſtimamus.Ita homicidium:adulteriũ:& reliqua facile quid ſint,cũ fuerint audita cognoſcimus.Si militer & perſonæ habent uim ſuam.Etenim cũ dixeris Ciceronem ſtatim ex boni uiri conſidera/

minus:et æque magnum ex ui et numero:et ex figura negocii:ſicut ex ſtatura corporis conſideratur.Simile autem ex ſpecie comparabili: aut ex cõferenda atq; aſ ſimilanda natura iudicatur.Contrarium eſt quod po ſitum in genere diuerſo ab eodẽ:cui cõtrariũ eſſe di citur plurimũ diſtat:ut frigus calori.uitæ mors.Diſpa tum autẽ ẽ id quod ab aliqua re per oppoſitionem ne gationis ſeparatur hoc modo:ſapere et non ſapere.

tione quæ in illo uis ſit agnoſcimus Deinde cum dixeris Catelinã ex cõ ſideratiõe peſſimi hoĩs ſtatim quæ in illo uis ſit agnoſcimus.Nũerus eſt cũ minus ac maius nõ ex ui:ſed ex re rũ:uel ex perſonarũ numero demon ſtramus.Figura eſt quæ in toto ne/ gocio cõſideratur,i.p oĩa illa ſeptẽ elementa:ut cõſideres quid factum ſit:qs fecerit:ubi fecerit:qñ fecerit: quẽadmodũ fecerit & reliqua quæ iqt figura totius negocii:ita ẽ ut cor poris ſtatura:i q̃ ſtatura oĩa liniamẽ ta corporis continentur.Itaq; ut me

liius ĩtelligamus notũ ꝓponamus exẽplũ illud,ſ.q̃ Ci.negocio ſuo adiũxit.Nã cũ Catilinã diceret occidẽdũ ex adiũcto qd maius uel minus eẽt argumẽta collegit:q̃ utiq; maius& minus& æque ma gnũ ex ui:nũero:figura:iãdudũ diximus approbãdũ.Ita & Ci,an uero.P.Scipio põtifex maxius Ty berium gracchũ mediocriter labefactãtẽ ſtatũ reip,priuatus ĩterfecit Catilinã orbẽ terræ cæde at/ q; icendiis uaſtare cupientẽnos conſules pferemus?Hic ex ui rez intelligimus minus eẽ ſtatũ reip.q̃ orbẽ terrarez,deinde ſimiliter ex ui ĩtelligimus minus eẽ labefactare q̃ uaſtare.Ita ex ui pſonarũ cũ gracchus & Catilina nominaẽ Catilina magis timẽdus agnoſcit:ꝓterea ex numero ĩtelligimus ma ius eẽ duos conſules q̃ ſcipionẽ.Hic figurã nõ poſuit totius negocii,i.quẽadmodũ occiderit Grac/ chũ Scipio:ubi occiderit:qñ occiderit:unde occiderit.Vez hæc qa nihil pderant,prætermiſit:atq; uno uerbo cõcluſit:q̃ ait ĩterfecit;cuius uerbi cõſiderata ui maius eẽ ĩtelligimus ĩterficerẽ:q̃ ex urbe eiicere.Vez in aliis exẽplis & ex figura debet cõparatio fieri:ut maius aliqd minus ue demonſtres. Si dicas illud tũc factũ ẽ:ubi factũ ẽ:ita factũ ẽ:ꝓpea factũ ẽ:& reliqua quæ ĩ elemẽtis prĩcipalibus continentẽ:Simile ãt ex ſpecie cõparabili:cũ facimus ãrgumẽtũ ex adiuncto negocio p ſimilitudi/ nem:in ea ſimilitudine qualitas cõſiderãda ẽ.Supiora.n.maius:& minus:& æque magnũ ex quan/ titate cognoſcimus:nec putemus:hoc eẽ par:q̃ ſimile:&.n par ex mẽſura definita:& ex cõpata utri/ uſq; quãtitate cognoſcimus.Simile ẽnõ in eo q̃tũ ſit:ſed ĩ eo q̃le ſit attendimus.Ita non ex menſura fit ſimile:ſed ex uultu:& ſuperna quadã facie declaraẽ.Icon.Simile.Parabole.Paradigma.Simile itaq; duobus modis conſi derare debemus,in ſpecie formarez:& natura rez:& ſcriptores quidem arti um ſimile genus ponunt ſub ſimilia tria.Icon,i.imaginẽ:parabolẽ.i.collationẽ.Paradigma.i.exem plũ.per imaginẽ ſimile fit:cũ ex ſimili ſpecie uultus uultibus cõparamus:ut os humeroſq; deo ſimi lis p collationẽ ſimile facimus:cũ rez diuerſarũ cõferimus:& copulamus:nõ ſpeciẽ:ſed naturã.ut q̃/ lis mugitus fugit cũ ſaucius arã.Taurus.Aut pœnoz q̃lis ĩ aruis,Saucius ille graui uenãtũ uulnere pectus:tũ demũ mouet arma leo:hic.n.Vir.ut pbaret turnũ rebus oĩbus fractis:nõ deiectũ:ſed ira tũ magis:qa uix crediẽ negocio ſuo:fidẽ fecit:ex adiuncto negocio p ſimilitudinẽ:quæ ſit ĩ pte na/ turæ.Sic iqt:& leo magis iraſciẽ:poſtq̃ fuerit uulneratus:p exẽplũ ãt tũc ſimile facimus:ſi ĩ exẽplo ipſo q̃litas oñdaẽ.Sæpe.n.exẽplũ ĩ q̃titate uerſa,i.ui:uel nũero:uel figura.Inueniẽ tñ & qualitas ſi ne exẽplo:ut Ci.cũ circa bellũ cãrez ſimiliũ cõparat naturas ait:ut Helena inquit Troianus:ſic tu An toni huius belli ſemẽ fuiſti.Contrarium ẽ quod poſitũ ĩ genere diuerſo ab eodẽ:cui contrariũ eſſe dr̃:plurimũ diſtat:ut frigus:calor:uitæ:mors Ariſto,oppoſita genus poſuit cõtrariũ:diſperatũ:ad aliqd ſub oppoſitis.Cõtrariũ porro Ariſto,ſic definiuit:ſub eodẽ genẽ ſpecies multũ ĩter ſe diuer ſæ hac rõne:ut oĩa ad unũ illud genus referãt:q̃ ſupra oẽs res prĩcipales græci ponũt,i.q̃ latini ens uocant,i.q̃ eẽ poſſit.Verũ cõtraria tribus modis iueniri poſſũt:cũ aut ſub eodẽ genere ſpecies mul tũ ĩter ſe diſtãt:aut cũ ſub ſingulis generibus diuerſis:ſpecies ẽt diuerſæ ſũt:aut cũ duo genera inter ſe diuerſa ſũt.Itaq; hic,Ci.ĩ diuerſis generibus poſita cõtraria demõſtrauit frigus.& calorẽ.His ãt genus q̃litas:ſed diuerſa.Deide ſimiliter ſub diuerſis generibus ſpẽs lõge inter ſe diuerſas poſuit.i. uitã:& mortẽ.Vitæ ãt genus bonũ:mortis malũ.Itaq; contraria ſunt q̃ ſe e regiõe ſpectant:& quæ ex diuerſo poſita plena ſũt:ſub diſpato ãt Ariſto,duas ſpecies poſuit:priuãtia:& negãtia.Priuãtia ſũt ut cæcitas:ĩfœlicitas;uiſio:& fœlicitas hitus ſũt:cæcitas:& ĩfœlicitas id agũt:ut pr̃ia id q̃ habueẽt ñ hẽant.Nũq̃.n.cæcitas fiat neceſſe ẽ:niſi uiſio ãte tollaẽ:nec ẽ ĩfœlicitas: niſi prius fœlicitas exclu datur. Iccirco ergo hæc priuãtia noĩata ſũt:q̃ primoz priuationẽ ſecũ dã demonſtrent.Negantia porro ſũt quæ negatõe ſeparanẽ:ut ſapit:ñ ſapit:ſedet:nõ ſedet.Negatio hic illud agit:ut primum neget:nõ tñ cõſtituat ſecundum,nã cum ait ñ ſedet:ſolũ ſedere negat:nõ tñ cõſtituit:utrum ſtet an ambulet:ſed ſufficit ei genere q̃ ſedeat.Hicãt Cic.in diſperato ſola negantia poſuit,i.ſapere non

ſapere eē: tamen iter diſperātia priuātia noſſe debemus; Genus eſt quod partes aliquas amplecti/
tur: ut cupiditas. Notū eſt quid ſit genus. i. ſub quo multæ ſunt ptes: partes autē ſunt ea quæ ſub ge/
nere ſunt. Verum cū de his facimus argumētū ex adiunctis: negocio facimus argumentū. Quotiens
aūt de genere quæſtio ē: ex ſpecie faciendū eſt argumentū. Quotiens de ſpecie quæſtio eſt: ex genere
faciendū ē argumentū: ut Ci. cū pro Roſcio ageret idē ſpeciem ſuſcepiſſet Roſcius. n. ad filium pe
cies eſt. Argumentū fecit: ex genere: cū dixit tam feros mores in filium cadere nō potuiſſe. Filius. n.
genus Roſcius ſpecies ē ita & cū de ge
nere quæſtio eſt: ex ſpecie colligen/
dum ē argumētū: ut ſi quæratur an
oēs matres ament filios ſuos & tu ex
ſpecie facias argumētum. Adeo oēs
matres nō amēt filios ſuos. ut Medea
filios ſuos ēt occiderit. Ita & ī reliqs
Eeuentus ē exitus alicuius negocii: ī
quo quæri ſolet qd ē quaq; re euene
rit: eueniet euenturūq; ſit. Euētum
illū accipiamus: q unicuiq; rei natu
raliter. ut uidet adiunctus qui rē ſu
am: poſtq; res ipſa cōtingerit: neceſſe
ē cōſequat: & tūcuere de euentu fa/
cere poſſumus argumētu ſi ipſe euē
tus certus ſit: alioquin ſi euentū illū
accipiamus q ex caſu uenit fieri: īde
non pōt argumētū: quod adiunctū
negocio eē poſſit: Facit itaq; de euē
tu argumentū: ſi eū quē probaueris
ī ſolētē futurū ſpondeas arrogantem
Ita ī ſolentiæ euentum arrogantiam
doces q̄ rurſus arrogātiam ad odiū
cām eē demonſtras. Quare hoc ī ge

Genus eſt quod partes aliquas amplectitur ut cupidi
tas: Pars eſt quæ ſubeſt generi: ut amor: auaritia. Euē
tus exitus eſt alicuius negocii ī quo quæri ſolet quid
ex quaq; re euenerit: eueniat: euenturum ſit. Quare
hoc ī genere: ut cōmodius quid euenturū ſit ante aīo
colligi poſſit: quid ex quaq; re ſoleat euenire conſide
randū ē hoc mō: ex arrogantia odiū ex inſolentia ar-
rogantia. Quarta āt pars ex his quæ negociis diceba
mus eſſe attributa conſecutio. In hac hæ res quærū-
tur quæ geſtū negociū cōſequuntur: Primū quod fa
ctū ē: quo id noīe appellari conueniat: Deinde huius
facti qui ſunt principes et inuentores qui deniq; au-
ctoritatis eius et inuentionis cōprobatores atq; æmu-
li. Deinde et quæ ea de re. et aut eius rei ſit lex conſue
tudo actio: iudicium. ſciētia artificium. Deinde natu

nere ut cōmode qd euētuq; ſit: añ aīo cōcipi poſſit qd quaq; ex re ſoleat euenire cōſiderādū ē. Vt īqt
ex enentu facile poſſumus argumēta colligere primo ipſi nobiſcū ptractare & cōſiderare debemus
qs uniuſcuiuſq; rei eē ſoleat euentus: & ut ſciamus naturalē euentū nō fortuitū nobis cōſiderandū
deniq; ſoleat: inqt euenire. Conſuetudo ppetua ē: quod ppetuū ē: fortuitū eē non pōt. Ergo conſide
randus nobis erit ī rebus ſingulis certus & naturalis euentus. Quarta āt pars ē ex his quas negociis di
cebamus eſſe attributas. Negocio quatuor eē diximus attributa: dictū iam de tribus attributis eſt.
oſtēdimus quæ eēnt cōtinentia cū ipſo negocio ī geſtiōe negocii adiuncta negocio. Nūc de his docē
dum eſt quæ geſtum negociū conſequūt̄: quod qdē qartū attributū uidet cū ea pte pugnare: quæ
ī prīo attributo ē poſt negociū. Scimus. n. qnq; eē ī primo attributo. Sūmā negocii: cām ipſius ſūmæ:
& factum triplex: ante negociū: ī negocio: poſt negociū. Hoc extremū factum quod eſt poſt negociū
uidet ſimile eē huic attributo: de quo nūc agimus: quod dī cōſecutio. nā utrūq; poſt negocium eſt.
ſed hoc diſtāt q̄ ſupra poſt negocium facta illius cōſiderāda ſunt de quo agit̄: & qd aliqd feciſſe me
morat̄. hīcāt facta cōſiderāda ſunt: ſed extranea. Itaq; cōſiderāda ſunt: q̄ geſtum negocium cōſequā
tur. Hæc ī duobus ſēp debemus attēdere: ī pſonis & ī natura geſti negocii: in perſonis ſic. Si aīaduer
tamus qd de geſto negocio hoīes fecerint: aut ſenſerint: aut iudicauerint: ut de facto Miloīs: ut de
lege Clodii natura ipſius negocii ſit. ſi res illa facta ſit: cui neceſſe ſit euētum aliq̄ē eē coniunctum
ut parricidiū furor. neceſſe ē cōſequat̄: & rurſus parricidā ueri ſimile nō ſit dormiſſe. Hæc. n. geſtū
negocium cōſequunt̄ q̄ nō in pſonis aīaduerſa ſunt: ſed in natura geſti negocii. In his itaq; duobus &
Ci. aīaduertenda dixit ea quæ geſtum negocium conſequunt̄. Ac primo de pſonis. primo inqt q̄ fa
ctum ē: quo id appellari cōueniat. Vtiq; hoc cōſeqt̄. res. n. prima ē rei nomē. Hō āt neceſſe ē rei no/
men ponat. Ita Ci. de noīe cōſtituendo diſputat in diuinatione. Nō. tā inqt hæc accuſatio. q̄ defen/
ſio ē exiſtimāda. Deīde īqt eius facti q̄ ſint pricipes et iuentores: q̄ deniq; auctoritatis eius & iuentio
nis cōprobatores: atq; æmuli. Hæc quoq; poſt rem ſint neceſſe ē: neq;. n. poteſt inueniri niſi quod la
tet: Eſt porro quod latet aīaduertendum. Itaq; q̄ fuerint illi q̄ primi illud fecerit unde nunc agitur
q̄ deinde factum p̄bauerit: ac ſecuti ſint: ſi optimi ſunt laudas factum: ſi peſſimi reprehendis: ut Ci.
ī diuinatiōe dicit ſēp hoīes nobiles accuſaſſe: & eos cū magno cōmodo reip. magnā ſēp gloriā cōſecu
tos. Deīde īqt: & q̄ de ea re: aut eius rei ſit lex: lex ēt cōſeqt̄. lex. n. ſēp in re; qa reſtalis uiſa ē cōſtitui
tur. Vex q̄ ait de ea re totū ē. Quod ait eius rei ps ē. Interdum. n. totum factum aliq̄ lege: aut dānat̄
aut abſoluit̄ iterdum ps facti. Deinde q̄ ait: cōſuetudo: actio: iudiciū: ſciētia: artificium & hæc oīa
geſtū negociū cōſequet̄. Nā & cōſuetudo rei: iā ante geſtæ ē: & rurſus rē geſtā ſolet aliqua actio cōſe
qui: uel iudicium: ut p̄iudicium natū eē uideat̄: deīde neceſſe ē añ aliqd fieri: ut ex eo ſciētia cōſeqt̄
uel: artificium. Vex hæc oīa. & ī pſōaq; actibus, puidēda ſunt & ī negocii ipſius natura. iccirco ait.
Deīde qd ex natura eius cōuenire uulgo ſoleat an ſolēter. Ait negocii ipſius aīaduertendā ē naturā

ideſt qui ſoleant euentus factū iſtud conſequi: ſed hic euentus a illo euentu: quē in adiūctis negocio demonſtramus: hoc diſtat: quod ille euentus naturaliter certis rebus affixus ē: & rem ſuam quadam ui ac neceſſitate conſequit. Hic ūt euentus interdū neceſſarius & naturalis ē: ut parricidium furor neceſſe eſt conſequatur. Interdū uarius: ut commutabilis: ut amor noceat neceſſe ē: & ut nō noceat neceſſe eſt. Sæpe. n. malū euentū amor hēt: ſæpe bonum. Deniq; ut oſtenderet. Cice. euentum iſtum ex natura negocii, ita eē conſiderandū: ut ſcias & in contrariū poſſe cōueniri. Deinde inqt: qd ex natura eius euenire uulgo ſoleat: an inſolēter et raro. Poſtea homines id ſua auctoritate comprobare: an offendi i his conſueuerint: et cætera quæ factum aliquod ſimile cōfeſtim: aut iteruallo ſolent conſequi. Deinde poſtremo attendendū eſt: nū quæ res ex his rebus quæ ſunt poſitæ in partibus honeſtatis. aut utilitatis: conſequātur: de quibus i deliberatiuo cauſæ genere diſtinctius erit dicēdum: Ac negociis quidem fere res hæ: quas cōmemorauimus ſunt attributæ. Omnis aūt argumētatio q̄ ex his locis quos cōmemorauimus ſumetur: aut probabilis: aut neceſſaria debebit ēe. Etenī ut breuiter deſcribamus argumētatio uidetur eē iuētum ex aliquo genere: rē aliquā. aut probabiliter oſtēdens: aut neceſſarie demonſtrans. Neceſſarie demonſtrantur ea quæ aliter: ac dicūtur: ac fieri: nec probari poſſunt hoc modo. Si peprit cum uiro concubuit cōſequi interdū. n. uicinior: interdū tradior ē euentus: utputa ſi quē uoluero occidere uicinus ē euētus: ut mox me oderit. Deinde ſi tradio alicui diſciplinā tardior hic euentus. Primo. n. fortaſſis offēditur: deinde amat. ac diligit: deinde poſtremo attendendū eſt. Dat poſtremū breue & cōmune p̄ceptum: utrū aliq̄d honeſtū ſit: an utile: i his ē cōſiderandū q̄ geſtum negocium conſequūt. Verum quæ ſint p̄tes honeſtatis: atq; utilitatis i deliberatiuæ p̄ceptis ſe demonſtraturū eē promittit. Oīs aūt argumentatio: quæ ex his locis: quos cōmemorauimus ſūmet: aut probabilis: aut neceſſaria eſſe debebit. Ait ſupra: cū de cōfirmatione loquæret. Huius i quit p̄tis certa ſūt p̄cepta: quæ in ſingula cārum genera diuident: Verūtn̄ non incōmodū uidet quādā ſiluā: atq; materiā uniuerſā ante p̄mixtam: & confuſā exponere oīum argumentationū. Tria nobis in cōfirmatione tradunt: materia argumētū: argumentatio. Materiā nobis iā tradidit. i. locus: de q̄bus argumēta caperemus: quos locos diuiſit i attributa p̄ſonæ: & i attributa negocio: Attributa p̄ſonæ. xi. eē dixit negocio quatuor. Atq; hoc; hoīum p̄tes enumerauit: ac trādidit: nūc itaq; dicturus ē de argumēto: nec nos cōfūdat q̄ p̄ argumēto: argumētationē ponit. Antiq genus ponebāt argumentationē: ſub argumentatōe uero argumentū & argumentationē. Itaq; hoc uerbo cōmuniter utebant: ut pro argumento recta argumentatio diceret. Ver; anteq̄ dicamus: quæ genera ſint argumētorum: dicamus prius quid conſiderare & conferre debeamus: ut argumenta faciamus. Secūdū Ariſtotelē decē cathegoriæ ſunt. i. decem res i quibus oīa quæ īmūdo ſūt cōtinent: Har; rerū una ſubſtātia ē: reliquæ nouē qualitates. i. quæ ſubſtantiæ accidant. Itaq; cum res nuda ē nihil aliud q̄ res ē. Tunc āt ex ea poſſumus facere argumētū ſi eius qualitates iſpiciamus. Itaq; oīa uerba: & noīa hēnt res ſuas. hēnt & qualitates: quæ q̄litates cū ſibi cōueniūt faciūt argumētū: Cū nō cōueniūt nō faciūt argumentū: Vtputa p̄amus occidit. Occidit: res ē huius rei q̄ ſit q̄litas attendamus. i. quædā aſperitas: quædā īmanitas. Deinde ponamus inimicū. Rurſus inimicus res ē. Eius rei porro q̄litas ſimpliciter aſpſa: atq; crudelis. Itaq; q̄m utraq; ſibi hæc qualitas conuenit factū ē argumentū. Ita duæ ſimiles q̄litates: cū fuerint copulatæ faciunt aliā q̄litatē. i. occidit: qa inimicus fuit: quæ q̄litas ē: ut argumētū probabile eē uideat. Ita ſi dicas occidit qa gladio p̄cuſſit: argumētū ē qa utriuſq; rei q̄litas ē ſimilis. Alioqn cū in eo q̄ occidit: iam nota ſit & res & q̄litas rei. Deide ponas uirgā: cuius res & q̄litas nota ē: q̄m ſimiles ſibi nō ſunt iſte q̄litates cōiuncte in unum nō faciunt argumētum ſi dicas: p̄cuſſit uirga & occidit. Semp itaq; nō res ſed qualitates rer; debemus attendere: atq; cōferre ut argumenta faciamus. Argumēto; porro genera duo ſunt probabile & neceſſarium. Probabile ē q̄ ueriſimilitudine fidē facit. Vtputa qa inimicus fuit occidit. Ver; de p̄babili poſt dicemus. Nūc āt de argumēto neceſſario diſputauimus. Neceſſarie demōſtrant ea quæ aliter ac dicunt: nec fieri: nec p̄bari poſſunt hoc mō. Si pepit cū uiro concubuit. Neceſſ

sarium est inquit quo aliter ac dictum ē: nec fieri nec probari potest necessariū argumentum ad fi/
dem cogit: ac trahit. Probabile aūt irrepit: atq; psuadet. Necessariū porro tale est argumētum: si ea
proferas: quoꝝ talis sit natura: ut sic fieri necesse sit: si dicas si natus est morietur: si peperit cū uiro
concubuit. Hæc necesse: ut se consequantur: q; si necesse habes credere: necessariū factū est argumē
tum. Illud tñ scire debemus argumentū necessariū pœnæ non esse solūq; eē inter homines probabi
le. Nempe nobis necessariū uidetur: ex uero constare: nam si probabile ex uerisimili: ex uero neces
se est necessariū. Inter hoīes aūt ue
rum latet: totumq; suspitionibus ge
ritur: ergo necessariū non pōt eē ar/
gumentū: sed q̄tum inter homines
potest necessariū q̄tum secūdū opi
nionem humanā ualet: alioquin se/
cundū cristophori opinionem nō ē
necessariū argumētū: si peperit: cū
uiro cocubuit. Neq; hoc rursus si na
tus est morietur: nā apud eos mani/
festū est sine uiro natum: & nō mor
tuum. Ergo necessarium illud argu
mentū est quod iam opinione psua
sum est: Atq; ut scias hoc necessariū
non esse omnino necessariū ostēdit
Ci. ét hoc hoībus persuadet: cū ait
necessarie demonstrant ea quæ ali/
ter ac dicūtur: nec fieri: nec probari
possunt. Ergo si probāt iam nō erūt
necessaria. Quicquid n. probāt po
tuit: & non credi. Itaq; necessarium
argumētum teneamus illud q; faci
le populo persuadet orator. Hoc ne
cessarium tribus modis fieri docet:
quos modos ī genere dictiōis ponit
hic. n. iá dictū est superius ī materia
locos posuit: de qbus cōducta ad ar
gumētationē dictio nascerē. Fieri
itaq; necessariū argumentū docet.
aut p cōplexionē: aut per enumera/
tionē: aut p simplicē conclusionem
Cōplexio est in q̄ utrū cōcesseris re
p̄hendit. cōplexio forma dictioni ē
posita in ratiōibus necessariis. Vex
cōplexio duplici lateꝛ cōstat. Vnde q̄cq̄d fuerit electū. necesse ē ut cōtrariū sit. In cōplexionē itaq;
duo genera sunt. pponēdi: nunc p simples: nūc p necessariū. Simplex hoc mō. Si hoc ē cur illud fa/
cis. Si illud ē. cur hoc facis. Deide p necessariū sic. Aut hoc cōcedas: necesse ē: aut illud. Ita hic exem
plū cōplexionis considerare debemus: factū p simplex. Si improbus ē inqt cur uteris? Si probus cur
accusas? Ita & in Verrinis Ci. aut amicos inqt confiteri siculos necesse ē: aut inimicos. Si amici sunt
credamus testibus: si inimici sūt inuiti pecunias cōtulerūt. Enumeratio est in qua pluribus rebus ex
positis & cæteris ifirmatis: una reliqua necessario cōfirmat. Enumeratio quoq; forma dictionis est
posita i rationibus necessariis. Vex in enumeratione multa ponūt: et exclusis multis unū q; reliquū
ē confirmat: utputa si hoc non ē: si illud: & illud nō est. restat igr ut istud sit. Ita in Verrinis. Si ne/
q; carbo attigit: neq; Sylla uidit: neq; i ærarium relatū est: restat igitur ut tu Verres pecuniam sustu
leris. Vex enumeratio duobus modis fit: cū aut multis rei rebus excludit: una quæ reliqua ē confir
mas: aut cum rei rebus exclusis contrariā confirmas. Multis rei rebus exclusis una quæ reliqua ē cō
firmat: ut supra ipse Ci. cōtra Hermagorā: Nam aut nullū cāe genus ē: aut iudiciale solū aut & iu/
diciale. & demonstratiuum. & deliberatiuū. Hic multa enumerauit: sed exclusis duabus rebus: reli
quā tertiā cōfirmauit. Nullū iqt cāe genus eē ñ pōt dicere q artis p̄cepta dat: unū eē nō pōt dicē qa
hoc: & hoc. Relinqt: ergo iqt utoia tria genera causaꝝ sint. Ergo hic multis rei rebus sublatis po/
strema ē: cōfirmata. Deinde oībus rei rebus exclusis cōtrariū sic cōcludit: ut hic ipsū exēplū positū
est. Necesse ē inquit: aut inimicitiarum cā ab hoc eē occisum: aut metus: aut spei: aut alicuius amici
gratia. At si horum nihil est ab hoc non esse occisum. Itaq; hic res est occisio. Huius rei omnes res su
stulit. i. causas occidendi. Postremo contrariarum concludit. sic igitur horum nihil ē non occidit.
Simplex autem conclusio ex necessaria consecutione conficitur: & in hoc necessarium est argumētū
sed in una re positum: & ideo simplex conclusio nominatur: utputa si illo tempore, quo uos me
istud fecisse dicitis: ego trāsmare fui relinquitur: ut id ego non fecerim: sed nec potuerim facere.

Hoc genus argumētandi quod in necessaria demō/
stratione uersatur: maxime tractatur ī dicendo: aut p
cōplexionē aut p enumerationē: aut p simplicem cō
clusionē: Complexio ē in qua utrum cōcesseris repre
henditur in hunc modū si improbus ē: cur uteris si
probus: cur accusas. Enumeratio est ī qua pluribus re
bus expositis: et cæteris ifirmatis. una reliqua necessa
rio confirmatur hoc pacto. Necesse est aut inimicitia
rū cā ab hoc eē occisū: aut metus: aut spe: aut alicuius
cā amici: aut si horum nihil est ab hoc nō eē occisum
Nam sine cā maleficiū susceptū non pōt esse sed ne/
q; inimicitiæ fuerunt: nec metus ullus. nec spes alicu/
ius cōmodis: neq; ad amicū eius aliquem mors eius
pertinebat. Relinquitur igitur ut ab hoc nō sit occi/
sus. Simplex aūt cōclusio ex necessaria consecutione
conficitur hoc modo. Si uos me istud eo tpe fecisse di
citis: ego āt eo ipso tēpore trās mare: fui relinquitur ut
id quod dicitis non mō nō fecerim. sed ne potueri q;
dem facere: atq; hoc oportebit diligenter uidere ne
quo pacto genus hoc refelli possit: ut ne confirmatio
modū ī se argumentandi solum habeat: aut quandā

Hic itaq; ſimplex res eſt in ſuperioribus uero duplex: in complexione .ſ. & enumeratione: & com/plexione quidem aperte duas res continet: aut hoc eſt inquit: aut illud: ſi illud é cur facis: ſi illud é cur non facis. Enumeratio eſt cũ multas in ſe res habeat collocatas: duplex tamẽ é: ea .n. omnia quæ tollis q̃uis multa ſint: una tamen parte ponuntur. in altera id quod concludis ſiue aliquid de rebus ſit: ſiue contrarium rei: ut ſupra docuimus. Atq; hoc diligenter uidere oportebit. Præcepta dat: ut neceſſaria argumenta non ſola dicendi ſpecie faciamus .i. ne cõplexio uel enumeratio in ſolo genẽ dicendi poſita eẽ uideatur: ſed ut ra tõe ipſæ & res neceſſariæ ſint: & hoc genere dicẽdi proferantur: triplici .ſ. aut p cõplexionem: aut p enume rationẽ: aut per ſimplicem cõcluſio nẽ. Dictũ itaq; de neceſſario argumẽ to: & quale ſit: & quot modis dictio nis proferatur: núc de probabile in cipit diſputatio quod ut melius ĩtel ligamus pp uim expoſitiõis hæc pri us nobis ẽt pictura cernat. Argumẽ tũ. Neceſſariũ: Probabile. Comple xio: enũeratio: ſimplex: cõcluſio. p id quod fere ſolet fieri p id quod é ĩ opiniõe. Per ea q̃ hñt ad hæc quãdã ſimilitudinem. Per cõtrarium. Per paria. Per eas res quæ ſub eadẽ rõne cadunt. Per uera. Per falſa. Vel p ue riſimilia. Probabile aũt é id quod fe re ſolet fieri: aut quod ĩ opinione po

ſimilitudinem neceſſariæ concluſionis. Verum ipſa ar gumentatio ex neceſſaria ratione cõſiſtat. Probabile autem eſt id quod fere ſolet fieri: aut quod ĩ opiniõe eſt: aut quod habet ſi ad hoc quãdam ſimilitudinem ſiue id falſum eſt: ſiue uerũ. Verum ĩ eo genere quod fere ſolet fieri probabile huiuſmodi eſt: Si mater ẽ dili git filium Si auarus eſt negligit iuſiurandũ: in eo aũt quod in opinione poſitum eſt huiuſmodi ſunt proba bilia. Impiis apud inferos pœnas eſſe præparatas. Eos quam philoſophiæ dent operam non arbitrari deos eſſe. Similitudo autem in contrariis et in partibus: et ĩ his rebus quæ ſub eãdem cadunt rationem maxime

ſitũ ẽ: aut quod hẽt ĩ ſe ad hæc quandã ſimilitudinẽ ſiue id falſũ eſt: ſiue uerũ. Dictũ ẽ de neceſſario argumento: & de eius modis tribus .ſ. nunc de probabili argumento dicamus: ĩ ſolo uirtus oĩs fidei continet. Vt ſupra .n. diximus neceſſariũ inter hoĩes non ẽ præſertim: cũ etiã ipſũ probet: probabili itaq; ſolo oĩs fides nititur: adeo ut græci officiũ & finẽ oratoris ſic definierint .i. probabiliter ad fidẽ dicere. Probabile autẽ per ſeipſum nõ põt definiri: neq; in p̃ceptum quoddã exprimi. Sed probabile erit argumentũ pro moribus patriæ: populi: temporis. Neq; .n. oĩbus unũ at q; idem probabile eſt. Aliud .n. iuſtũ romanis: aliud barbaris uideť. Itaq; ut probabilia argumenta faciamus primũ nobis patria inſpicienda eſt ĩ qua ſumus: & eius patriæ inſpiciendi mores: deinde ĩ ſpicienda é ciuitas: quæ pars patriæ é. Oĩs .n. ciuitas hẽt ꝓprios mores. Deinde inſpiciẽdũ ẽt tempus. tẽpora .n. ſæpe mutantur. Poſtremo ẽt eius apud quẽ dicimus cognoſcenda natura é: ut ſecundum mores eius probabilia argumenta faciamus. Itaq; hæc præcedũt anteq̃ probabilia argumenta profe ramus. Vez ipſum probabile argumentũ: primo ĩ tria diuidiť .i. ĩ id quod facile fere ſolet fieri: & in id quod in opinione poſitũ ẽ: & in id quod hẽt ad hoc quandã ſimilitudinẽ. Deinde in .iiii. ſignũ credibile: iudicatũ: cõparabile. Vez illa tria res ſunt: q̃bus probabile conficiť argumentũ. Illa aũtẽ .iiii. quæ ſequũtur. rez haz triũ effectus ſũt. Primo itaq; illa tria uideamus: in quæ probabile diui ditur argumentũ p id quod ſolet fieri probabile argumentũ ſic fit: ſi ea ad fidẽ colligas quæ ĩ actus conſuetudine uerſanť: utputa ſi mater ẽ diligit filiũ. Si auarus ẽ negligit iuſiurandũ. Ita & Teronti/us meretrices malas: auaros lenones: triſtes: ſenes: edaces: paraſitos eẽ cõmemorauit. Hæc itaq; ad fi/dẽ dicta ſũt p id quod fere ſolet fieri. Deinde p id quod in opinione poſitũ ẽ. probabile argumentum ſic fit: ſi ad fidẽ nõ ea quæ in uſu ſũt agẽdi: ſed ea quæ ĩ opinione ſũt poſita colligamus. Si dicas ĩferos eẽ & impiis apud ĩferos pœna. Si dicas oẽs q̃ philoſophanť cõtra deos facere. Multi .n. credẽt q̃ philoſophi contra deos faciant. Etenim ſi deos aſſerunt: & me forte ſtultũ eẽ dicũt: qm̃ me talẽ deus ẽe uoluit cõtra deos faciũt cũ me reꝑhẽdũt. Deide ĩ .r. p. cũ bella aut pax ex dei uoluntate cõtingát ipſi aũt multa cupiũt ꝑſuadere contra deos faciunt: ſi id ñ aſſerũt agendũ q̃ deoz uoluntate conti git. Ergo ut diximus ex his quæ ĩ opinione ſũt poſita. probabile colligiť argumentũ: ſi dicas ĩferos eſſe uel non eẽ: deos eſſe: uel non eſſe: mundũ natũ: mundũ nõ eſſe natum. Iſte opiniones di cunt .n. græce opinio: & opiniones nuncupáť. Adeo manifeſtũ ẽ oĩa quæ in mundo agunť argumentis probabilibus ꝑſuaderi quãdo ẽt philoſophoz ꝓfeſſionibus ex opinione nõ mẽ ipoſitũ ẽ ut dogmata dicanť. Tertiũ illud ẽ ut doceamus quẽadmodũ probabile fiat argumẽtũ ex eo quod hẽt ad hæc quãdã ſimilitudinẽ. i. p ſimilitudinẽ: utputa ſcis q̃ patriã prodit pœnã mereť: ille q̃ pa/triã defendit p̃miũ mereť. Verum hic ex altero alteri fides fit: & ſic quaſi fuerat nominãdũ. Sed Ci. nõ quẽadmodũ fieret argumẽtũ: ſed unde fieret iudicauit: cũ ait. Aut quod hẽt ad hæc quãdã: ſi/militudinẽ ad hæc. i. ad ſupiora ad id quod fere ſolet fieri: & ad id quod fere ĩ opinione poſitũ eſt. Etenĩ hoc argumẽtũ tertiũ ubi: ex altero altez probamus: nunc tale põt eẽ ut ſoleat fieri nunc tale ut in opiniõe poſitum eẽ uideať ut ſoleat fieri: ſi is q̃ patriã prodit pœnã mereť. ille q̃ patriã defẽdit p̃mium mereť: ut ĩ opiniõe ſit. Si ĩpiis apud inferos tormenta præparata ſunt inocẽtibus q̃es parata eſt. Itaq; hoc quod hẽt ad hæc quandã ſimilitudinẽ. i. ſimilitudo tribus modis probabile efficitar

gumentū:aut p contraria:aut p paria;aut per eas res:quæ ſub eandē rationē cadunt. Per cōtraria ſic
Nam ſi his qui imprudentes læſerunt ignoſci conuenit iis qui neceſſario profuerūt haberi gratia non oportet. Hic contraria ſunt ,p deſſe & nocere:ſed ipſa contraria non faciunt argumentū:niſi habeāt inter aliquā ſimilitudinē. Hic itaq; animo& ſimilitudo ē. nā ſi ille iprudenter obfuit:hic neceſſitate profuit:neq; ille uoluit obeſſe:neq; hic uoluit prodeſſe:ergo ſi ignoſcitur ei qui non uolunta/re:ſed imprudentia læſit::& illi gratia non habenda eſt qui non uoluntate profuit:ſed neceſſitate:
